Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

25-9

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

HD
54/P1

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

T. 145624
C. 1207555

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

FRANCISCI MARIÆ PRATI. DISCEPTATIONES FORENSES.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

FRANCISCI
MARIÆ PRATI
DISCEPTATIONES
FORENSES

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

1492

DISCEPTATIONVM FORENSIVM

CVM

DECISIONIBVS SVPREMORVM REGNI NEAPOLIS TRIBVNALIVM.

AVTHORE

FRANCISCO MARIA PRATO

PATRITIO LICIENSE

INTER PRIMARIOS ADVOCATOS NEAPOLIT.

Tùm dicendi facundia, cùm legum peritia Celeberrimo.

TOMVS SECVNDVS.

IN QVO VARIÆ, AC SELECTIORES DISPVT.NES IN FORO AGITATÆ, haud segniter discutiuntur, ac per veros iuris terminos ingeniosè resoluuntur, enucleanturuè. & nedum res iudicatæ singulis ferè Disceptationibus adnotantur, verum etiam eximij Magistratus, qui in determinationibus interfuerunt, erudite, ac vt Lectoris curiositati fieret satis; recensentur.

OPVS SANE' OMNIBVS IVRIS STVDIOSIS VTILISSIMVM; fori verò addictis non iniucundum, quinimò permaximè necessarium.

Cum duplici Indice locuplete, Vno nempè Argumentorũ omnium, & Articulorum, in singulis Capitibus contentorum; Altero verò Rerum, & Verborum.

NEAPOLI, Typis Camilli Caualli, M. DC. XLVIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Dep. Reseña 2c
NUM. 255

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

EXCELLENTISSIMO DOMINO

D. INDICO VELEZ

DE GVEVARA, ET TASSIS,

COMITI OGNATE, ET VILLAMEDIANÆ;

Domino Domus de Gueuara, Orben, & Villarum de Salinillas, Zalduendo, & Valuende; Commendatario de Albanilla; Cursori maiori generali Sacræ Catholicæ Maiestatis,

EIVSDEMQ; APVD SANCTISSIMVM ORATORI,

REGNI NEAPOLITANI CLAVVM SVSTINENTI;
Viceregi, Locumtenenti, & Capitaneo Generali Vigilantissimo.

FRANCISCVS MARIA PRATVS

Fœlicitatem exoratur.

MOri receptissimo, vt paream, quem ex antiquitate petitis, continuata memoria tulit, vt ij, qui eorum literarios partus, ingenijq; monumenta, typis exprimere enituntur, nihil aliud impensius exquirant, quàm Patronum aliquem adsciscere, sub cuius auspicijs à procacibus malè feriatorum carptorum linguis, & Aristarchorum baubatibus, inui-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

inuidorumq; alienarum laudum detractoribus, infenſo pedi-
ſtudioſorum Muſęa ingrediantur, regionumque ora percurrant:
Nouit etenim quicunque is fuerit ſcriptor, eam accidere communem ſcribentibus fortunam, vt nullus liuidos calumniantium morſus euadat: mihi (bono meo adſcribo fato) parùm elaborandum fuit, nec diù haſitaui pendulus, cuinam tertium hunc ingenioli mei partum erga iudiciales ſupremorum Regni Tribunalium aleas conceptum, atque progenitum, dicarem, offerremue? Tu namque Excellentiſſime Domine occurriſti, cuius inſignia geſta, egregiaq; tùm pacis, cùm belli tempore præclara facta, animum induxerunt meum; pectus impulerunt; allexerunt mentem, ac voluntatem protinùs inſederunt; vt is exilis licèt ac tenuis, nullum alium, niſi Te in Patronum agnoſceret; maxima etenim exindè gloria illi efflorescet, nec vulgare accedet ornamentum, ſi tua protegis authoritate; confoues præſidio; tuoq; patrocinio defenſas; quòd ſi (vti de me credendum eſt) errata incideriim plurima in eo elaborando, expoliendoque, in nihilo tamen me aberraſſe, (Momus ipſe conſentiet) dum tantum ſciuerim deligere Patronum; imò rectum me habuiſſe conſilium, integrumq; iudicium ſibi ſuaſum habebit; id quod laboribus meis præmium non modicum eſſe, lætabundus haud inficior. Vtinàm verò: talis, tantuſq; eſſet hic liber, vt tuo nomini dignè inſcriberetur. Sed benè calleo, maioris eam rem eſſe, & animi, & ingenij, quàm vt à me, vel ſuſcipi, vel præſtari poſſit. Agnoſco (nec mihi blandior) operis exilitatem, in obſcura commotionum turbine limati, at quantum mihi moleſtiæ deglutiendum fuit, vt eius caſtigationi vacare potuerim, anguſtos inter domus angulos: ijs quibus anguſtiæ meæ innotuerunt, indicare promptũ eſt. Magnitudinis igitur tuæ beneuolentiam penè Regiam appello, commendoq; quacùm vi-
Plutar. in Apophteg. *gilias has metiaris; Heroes namq; (vt Plutarcus tradit) munus, non vſu rei oblatæ, ſed ſtudio dantis metiuntur. Nec tenue ſi quid obtulerit ſimplex ruſticitas, ingrato vultu reſpiciunt, auerſanturue. ſed pacata facie, nutuq; fauorabili, Regia clementia, veluti alter Alexander, qui aquæ guttulam à villico allatam, quàm maximè gratam excepit, proſequuntur. Ecquis amabò, tam hebetis reperitur ingenij, vt eius labores tuo non alliget nomi-*

ni,

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

ni, à cuius fulgentioribus radijs splendorem exhauriat? Ipse etenim es, Princeps, qui nedum proprio, sed hereditario quodam eximij parentis tui iure, multis, maximisque legationibus, à Serenissimo Rege nostro demandatis, ijsque accurate, prudenter, & dexterè functus es; vt mirandum profectò non sit, quod dum fama tulit, Te ad Regni Neapolitani clauum sustinendum, fuisse destinatum, Vrbs Neapolitana internis Ciuium aerumnis non modicè angustiata, quam meror, & luctus tenebat, quàm ingenti voluptate perfusa, maximoq; in gaudio delibuta fuit, haud insciа, venturam sibi tecum, totiq; Regno fœlicitatem; qua de re exultauit gaudio, latitia triumphauit. Nec ipsam sua fefellit opinio: Nam (vt ille ait) Nec gemuit sub pondere cymba. *Vt etenim munus suscepisti, vix credi potest (nisi de te concepta apud omnes existimatio, hæsitandi tolleret rationem) quo tractasti regimine, qua prudentia gubernasti: irritatos etenim nonnullorum animos, ac à fide regia penè alienatos, beneuolentia studijs, atque humanitate demulsisti; admirabili quadam grauitate composuisti, singulari maturitate sedasti, sic denique comitate, tantaq; fortitudine, & constantia enituisti, vt concordia apertus fuerit sinus, & pax data, ac quies, & tranquillitas optata emerserit. vt iure optimo assentiant omnes, dura inualescente rerum conditione, ingrauescente iam commotionum strepitu, ad eas sedandas, propulsandasque, velut celeste quoddam sydus Neapolitanæ Vrbi, totiq; Regno fuisse illapsum. Et ne in tuis, maiorumq; tuorum laudibus, sponte sua calamus aduolet, percurratq;, mihiq; temeritati, & imprudentiæ adscribatur, dum in vlteriorem tuarum virtutum vberiorem frugem falcem immittere, rem meo non accommodatam captui agnosco, capioq; satis; finiam hìc igitur, breuiq; verborum effatu de te cum* Poeta *loquar*

Virgil. Æneidos 6.

Te sospite numquam
Res equidem victas, aut Regna fatebor
Hic paci bonus, hic timendus armis.
Natura melior, potentiorq;
O laudum cumulo beatior omni!

Virgil. Æneidos 8.

Hinc vota facimus, vt tu solida, & immortali laude celebris, ac florens, perpetua fœlicitate perfruaris. Tibiq; rerum omnium

Opifex,

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Opifex, operosi laboris mercedem, quam Regnum Neapolitanũ, Regisq; fidelitati addicti homines ob pacem restitutam, reddere parem nequit, gratiorem, & vberiorem reddat: Vale Excellentissime Domine, mihiq; fauore tuo, ad reliqua persequendum, & maiora, cum Deo, & die audendum, animum auge.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

CANDIDO LECTORI.

IN habes (Lector beneuole) tertium laborum meorum partum: ingenioli mei fętum: genuinum animi filium: ſecundum Diſceptationum Forenſium volumen. quod parùm abfuit, vt eius Genitori, poſthumus agnaſceretur. Deploranda herclè illa tam miſera, quàm fæda menſium interſtitia, quibus principium fuit lapſi anni 1647. dies Iulij ſeptimus, in quibus nonnullorum Vrbis Neapolitanæ plebicularium, plus æquò ſeſe efferentium audacia, & temeritas, eò deuenit, vt confuſo Ciuitatis iure, in cōmotionē veneritur, adeò quod prædis, & incendijs non exiguam Ciuitatis partem deuaſtarit, eòque libidinis, ſimultates ipſas paulatim exortas peruaſiſſe vidimus, vt irritati plebis animi excitatis diſſenſionibus, libertatis ſtatum interuerterit; eæque (ni fato ceſſiſſent) in publicam Regni luem erupturæ minabantur. quodquè dolendū quàm maximè fuit *Patritij*, homines nobilitate clari, ne à furēti plebe quid malì ſibi eueniret, Vrbem ipsā (*dolentes*) deſeruerunt. Mihi verò cùm ex voto non acciderit ex eiuſmodi gentium conſortio elongari (fuerunt etenim breui horarum ſpatio Ciuitatis ianuæ occlauſæ) vndè è laribus in quibus inhabitabam in ſuburbijs ſitis, intra Vrbem me conferre non patuit aditus, ſiuè quia ſegniter me habui (fateor ingenuè) mihi culpæ adſcribendum eſt bibliothecam etenim meam, meamquè non exiguam librorū ſuppellectilem, multis conquiſitam laboribus; innumeris adauctam vigilijs; tot tantiſque ſumptibus ex remotis Europæ finibus, inſignioribuſq; bibliothecis non ſine Clientùm induſtria, quibus meam præſtiti in patrocinando operam, congeſtam: in qua omne meum ſtudium; totus inſitus eſt animus; omnis delectatio; ac totalis, mentis, licèt languentis, repoſita eſt conſolatio; vt è manibus, faucibuſuè nequiſſimæ plebis eruerem, in cauſa fuit, vt amicorū fortunam intra Vrbem experiri ne potuerim. *Bonè Deus*? quot repetitis vicibus, Me ſegnitudinis meæ, latæq; culpæ pœnituit. Sed in caſſum. Mecum igitur recogitans omnia graſſatoribus plena, eorumquè mētem ad Noſtratum cædem in-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

tendere; ſtatui, vt eiuſmodi hominum vultus effugerem, intra Clauſtra Diuæ Mariæ de Salute, in quibus Seraphici Protectoris mei filij, veri Parentis imitatores, ſacellum incolunt, cui timoratæ conſcientiæ vir *Adm. Reu. Frater Andreas à Procita*, Euangelici verbi Prędicator, Sacræq; Theologiæ Doctor peritiſſimus, Regis noſtri Sereniſſimi fęlicibus compendijs impensè addictus, proſperoſq; Coronæ ſucceſſus continuò exoptans, exoransque apud Deum præſidebat; me conferre, quaſi ad Aſylum, portumque (eſt etenim ſatis ad ſolitudinem manſio accomodata) tantiſper ibi moram ducturus, quòuſque concordiæ ſinus quem breuì aperturum ſperabam, illuceſceret. Ibiquè plures cùm tranſegerim dies, non ſine mentis turbine, in quibus duram temporũ conditionem lamẽtabar, ac animo repetens miſerias, ſeruitutiſq; graue iugum, contumelias, & opprobria, quæ ſupra humanam patientiam, in ſe, ſuiſque, ac bonis omnibus, *Probi viri* tolerabant, extremum illorum fatum antè oculos verſabar. Nec iam ſpem vllam, niſi in manibus ſummi Opificis inſpiciebam, vt factionum ſtudia à plebicularijs inſequuta propellerentur, collapſaque reficerentur. aliàs etenim, omnia in voraginem ruitura propè fore præuidebam: Adeò modico ſecundæ, ſed fallacis fortunæ vento inflati, homines Vrbẽ iã captã ſomniabantur, & in eius pernicię, Regniq; flagitium, ſeſe mutuò hortabantur. adueſperaſcente memoranda illa mihi die 24. Octobris, impetu facto, à turbis intra Clauſtra circumſeptum me vidi, ac cominùs aduerſus me armati tamquam ad hoſtem qui eorum vitæ, ac bonis inſidiatus fuerit, irruerunt, reumque mortis, nulla præuia delictorum meorum cognitione, nullo formato proceſſu, nulliſq; datis defenſionibus, multiplici eiulatu conclamarunt; meique cędem, breui temporis intercapedine publicè facturos, in foro magno, vbi ſceleſtiſſimi quiq; eorum ſcelerum condignas luere pænas conſueuere, eorumq; Dux degebat, mihi denunciarunt; inſimul gaudentes quod bona mea nõ adeò vilis prætij, quæ palàm in cellula mecũ detinebam, eripuerunt, ſibiq; approprianda exiſtimabant, quaſi quod patrata à me facinora; nempè quod Sereniſſimo Regi, ac Domino meo eſſem fidelis, quodq; eorum plebicularium execranda flagitia, immanes cędes, furta quamplurima, innumeraſq; rapinas, (quodq; deteſtandum ſatis ſuperq; fuit, eritq; omne per

æuum)

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

æuum) irreuerentiam ergaloca pia, Xenodochia, Nosocomia, Tẽpla, Sacella, ac Religiosos diuino cultui famulãtes, exhorruerim, euomerim, atq; fuerim prorsus abhominatus, suspicabantur, vndè læsæ plebis crimine notatus, etiam bonis omnibus priuandus, spolianduſquè venirem. *Viuit Dominus?* cui non arrisit, vt illis è voto res succederet. incolumem etenim me seruauit; constitutosque mihi dies, abbreuiari per insidias non permisit, & post horarum viginti spatium ab eorum manibus me eripuit, bonis (licèt non omnibus) restitutis. quod totum euenisse arbitror, vt Domino Regi meo, Catholicæ fidei propugnatori, mea cum progenie, ac patria fidelissima, ad aras vsque, sicuti pluribus æuis consueuimus, suis aduoluti pedibus, debitum fidelitatis obsequium præstaremus. Tibique Lector, meis cùm vigilijs pro viribus inseruirem. Hoc naufragio peracto: transacti periculi haud immemor, inter perturbatæ mentis fastidia, ad domus meæ angulos, seruilis silentij haud impatiens, me conuerti, animoque sedit meo, squallidum hoc opus, penè inter blattas iacens, reuidere, & in mundum redigere, vt Lucem aliquando suspiceret. hinc paulisper factum est, vt concepta exindè voluptas omnem præteriti molestiam protinùs absorberet, sentijque paulatim, vigilijs, ac elucubrationibus vires non fuisse attritas, imò spe præmij (quod Lectori meo pollicitam exoluerem fidem) arrectas excitari. Cùm verò desuper datum fuit, vt die sexta Aprelis currentis anni, parta Regi nostro victoria, Neapolitanæ Vrbi collabenti succurreretur, ac omnes Regni Ciuitates mouerit, vt statim in eius deditionem peruenerit, à cuius dominatu ignauissimi quique plebi secundantes, maioribus nouitatibus, ac rerum benè gerendarum imperitia, ansam præbuerunt, vt á Regis fidelitate quasi errantes deuiauerint; quò Vrbs tota ad totale penè exitium deduceretur, sub malo cuiusdam accersiti Gallici omine, infelicibusq; auspicijs, qui dum à Regis sui fidelitate, hæreditario quasi nomine desciuerit, Neapolitanum Regnum, sola plebis fęce secum adstante, pudebundè satis, malisque artibus, in seruitutẽ redigere satagebat (*Mali Corui, Malum ouum*) eiusq; facinorum vindex Deus, Ciuitatis Neapolitanæ solum humano sanguine madefactum, & cadaueribus refertum conspiciens, sub tyrannico eius dominatu, infulis omnibus malè partis spoliatum

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

tum reddidit, carcerique mãcipatum iustè tradidit. *O Tempora?* Adhùc hæsitantes inuestigamus nùm verè ea quæ patrata sunt acciderint, vel somniantes vagati sumus? Vidimus etenim eos, qui opere rustico, & agricultura sumptum, ac victũ sibi quæritabant, agminũ Duces extitisse; equorũq; ductores eos fuisse, qui rhedarij exercitio vacare consueuerant, acerrimè sanè, pedibus potiùs, quàm manibus propugnantes, elatis clamoribus, vehementisq; vlulatibus. quibus parùm feliciter successit audacia, nam victoriam in manibus arbitrati, vniuersa ferè eorum acies, pluribus eorum occisis, fugam arripuit; quiq; sæuam, sed dignam cædem, eorumq; stragem inciderũt. Ità cęcę sunt mortalium mentes, ambitione immodica deprauatæ, vt eiusmodi turbas regnandi excitaret ad imperium. Quantùm verò Ciuitas florentissima mutationes indè sensserit, qui temporum ordinem obseruauerit, non sine summa admiratione contemplabitur. Longum etenim esset singula eorum patrata flagitia, hoc breui verborum compendio complecti, & sanè superfluum, cùm passim historiæ contextores suis locis reponent, enarrabuntque; Mihi etenim cordi fuit summatim indicare quò statum meum plebicolariæ turbines duxerunt. Tibiq; Lectori meo insinuarem qui postremã impositã manũ operi dũ agnosces tot inter rerum casus, rerũq; discrimina, æquiori animo Authoris lapsus sustineas in spẽ ducor, & quã expertus sum in duobus alijs ingenij mei monumẽtis posteritati traditis, benignitatem tuã, eandem, imò maiorẽ, tertio huic concepto operi, inter æruminas, animiq; pertubationes collimato, opem feras, lætoq; excipias supercilio, & ab incursantium cauillatorũ iaculis, inuidorumque morsibus eruas, eripiasque. Futurũ est enim, (*nèrum omniũ Opifex si annuat*) vt si abs te id assequar, non lõgo temporis tractu, primam mearum practicarum obseruationum partem ocyùs tibi proferam, tertiumq; disceptationũ volumen, quod sub lima teneo, afferam propèdiem His interim laboribus meis, quos quàm libenter excepi fruere. meque vt hactenus consueuisti, ama, & tuere dum non tam meam, quàm tuam rem ago. Nestoreosq. tibi deprecor annos. Benè vale. Neapoli ex Musæo meo 14. Iunij 1648.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Illustriss. & Excellentiss. Domino.

D. INDICO VELEZ DE GVEVARA

Comiti Ognate Neap. Proregi.

D. Io. Petri Massarij S. Sedis Apost. Prothon. I. V. D. & S. Theolg. Profes. Oratinen. & Neap.

Elogiacum Carmen.

DVm Sebethe tuas volitat Bellona per oras,
Nullus adest rabido tutus ab hoste locus.
Res agitur furijs. Superi dormitis ad ista?
Et solitam lapsis ferre negatis opem?
INDICVS OGNATES, qui forti pectore gaudet,
Comprimet horrendas, Marte cadente, minas.
Conspirate licet rapidi, facto agmine, venti
Irruite, haud TVRRIS flamina vestra timet
Flamina non altos poterunt penetrare recessus
Arcano, quo sunt omnia tuta, loco.
Nam TVRRIM firmam cerno. quid firmius ista?
Nonne Polo TVRRIS maxima bella parat?
Gentilis tuus ille LEO, quem stemmate cerno,
Quæ sint magnanimo in pectore sensa, docet,
Is zelum benè sumens belli infriget Erymmim,
Sanctaque sinceræ fœdera pacis amans.
Sumè libens FRANCISI PRATI opus INDICE Princeps
Hoc teneas nostros tutus ab hoste lares
Hoc poteris diro leges sancire furori
Consilioque cadet sors inimica tuo.
Per Te Sebethi requiescat semper in oris
Pax, Amor, & niueæ pacis amica quies
In PRATO Rosa, Narcyssus, Violæ, atquè Hiacynth,
Et pubescentis gratia veris adest.
Quidquid nunc sæui ferri est, vertetur in aurum;
Claudetur belli porta cruenta feri.
Sponte sua PRATVM feret omnia grata; perennes
Vina dabunt fontes flumina lactis erunt,
Ver dabit æternos flores, ex arbore quaquè
Mitia poma, graui Mense, perite lege.

D. IO.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

DIO PETRI MASSARII

S. Sedis Apostolici Prothon. I.V.D. & Sacr. Theol. Profes. Oratinen. & Neapol.

ELOGIVM

D. FRANCISCO MARIAE PRATO

I.C. celeberrimo, et Causarum Patrono facundissimo, ac integerrimo Viro

Qui

HOc aperit Forensium Disceptationum Pratum, vbi iustitiæ clariss. flos, enitescit, vbi argentei doctrinæ nitores, gemmantes sententiarum colores, clementes virtutum tepores iucundissimè adblandiuntur,

Vbi videre licet

——— Locos lætos, & amena vireta
Fortunatorum nemorum, sedesque beaas.

Vbi amæna vireta, non aspera dumeta ostendit,
Vbi non sunt tormenta, sed argumenta,
Vbi sunt rosæ, quas plenis sparsit manibus, & quas ex sacrorum Tribunalium consensu collegit.
Si spinarum aliquis horror irrepit, fusos Togæ sinus colligat; cautè incedendum, donec florum suauitatis odor omnem expellet metum.
Blandè spirat, ac ipsæ vel vmbræ nitescunt; vbi mutuò in amplexu pomifer floresçit Autumnus, floriferum ver pomeascit.
Hìc argumentorum acumina, quæ vibrant, sententiarum lumina, quæ fulgurant, virtutum specimina, quæ in vnam hominis fælicitatem conspirant.
Hìc aureum sæculum reuocatur, Astræa suas in sedes reponitur, & nostris aspectibus adesse videtur:
Hìc rigata fluentis scientiæ boni, & mali arbos patulis ramis comascit.
Hìc Pratus ad flores, & fructus nos ducit, & fragrantiß. Iurisprudentiæ oraculis reficit, & recreat, qui quò magis manibus contrectantur, eò magis redolent, vernant, non amittunt odorem, sed emittunt suauiorem;
Inter rubentes galearum cristas passim vernat rosarum gratia, inter hastas san-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

ſanguine rorantes propter Neap. Populi rumores emicant lilia, grata ſurgit florum varietas, neque Martius calor delicatiſſimàs roſarum opes exurere valuit, ſed eo tempore Mars abijt in Narciſum, Bellona in florem, ſpicula mutata ſunt in lilia, haſtæ in roſas, atque inter rubentes galeas ferreos belli apparatus floridus apex erupit, & delicias expandit mille colores.

——— Mauortia ſigna rubeſcunt
Floribus, & ſubitis animantur frondibus haſtæ. *Claud. de nup. bon. & Mar.*

Et in periculoſo tumultu intra cellulæ anguſtias viuus libris tumulatus haſce diſceptationum roſas attulit nouus Mars, & inter armorum rigorem, & florum virorem ſancit amicum iuſtitiæ fœdus.

Inſolitiſquè docet galeam miteſcere ſertis,
Ferratus floreſcit apex, horrorquè receſſit
Martius. & criſtæ placato fulgore vernant. *Claud. de rapt. Proſer.*

In hoc plenus erumpit Iuriſprudentiæ fluuius, quomodo flos marceſcet ad tàm diuit ē curſum aquarum? Erumpit ille, & natiuo ſuo fonte plenus, & iucundus virentibus vtrinque ſyluis inumbratus, læta amænitate coronatus, quin vllum aperiat vadum in tanta Tribunalium ambage, ſic fluit perennis, ſed non ruit, vt ille profundo ore.

——— Imbres,
Quem ſuper notas aluere ripas. *Horat.*

Leniſſimus, pariter, & f cundiſſ certant in eo, & lenitas, & vtilitas.

Lenè fluit Nilus, ſed cunctis omnibus extat
Vtilior, nullas confeſſus murmure ripas. *Claud. de conſ. mal. Theol.*

Et ſi aliquandò opus eſt, intumeſcit etiam, [illegible] alueo minitatur Vrbibus ruinas, arbores extirpat, aggeres ſternit, in mare multorum torrentium quaſi aquas euoluit, vt ille, qui

——— Per ora nouem vaſto cum murmure montis
In mare proruptum, & pelago premit arua ſonanti. *Virg. in A Enei.*

Incorruptus tamen ſemper, & criſtallinus, neque torrentes incurrunt, qui currentis alueum interturbant, & vbiquè ſuis fontibus ſimilis vndiquè purus innatat, inclytus aquarum ſuarum copia, ideoquè tempeſtate ſua pretioſus.

Tunc enim rapit ramenta aurea, & diuitias mille gemmarum, ac proindè nitoris tantum effundit, vt

Diſcant iuſtitiam moniti, & non temnere diuæ
Numina, qui Populis reddere iura ſolet. *Batill. Emple. 190.*

In Prato eſt Magnes ferramēta trahens, ſed remanent ferramēta, non tamē commutantur in aurum. Hìc adeſt magnes, cui, lectitando, inhærens, ex ferro fiet aurum, ſentietque in virum alterum mutari.

Ex illo cernuntur ſydera, hic Doctor Pratus, qui ad iuſtitiam erudiens multos, fulget, vt ſtella, dum ſcriptis hiſce omnibus in Tribunalium pelago nauigantibus, ne in breuia, voragineſque erroris ratem impellant, prælu-

cet,

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

cet, & tanquam Arcturi nunquam occidentis lucidum sydus, stabili iustitia, semper fixus permanet, & iustitiam fundens, erroris occasum nescit.

Non deest in hoc Prato Sol, cui pro pulcritudine virtus, pro magnitudine disceptationum mvteria, pro cursu perpetua studiorum, ac actionum agitatio, continuisque incrementorum gradibus ad iustitiam progressio, pro viribus denique doctrinæ semen, & distributio.

Immo hic multos soles, non, vt Mardochæo, qui flumen in solem conuerti somniauit, euenit. sed in vnum hic aquæ flumen, & multos soles; vbi tenebræ, & caligines? cum tot soles hic radios doctrinæ emittant, qui vel cymmerias dispellent?

Plicatur cælum sicut liber; hic contra liber velati cælum explicabitur, in quo tot nitent soles, quot disceptationum argumenta, nec vlla nigredine inficient, qui earum excipient radios, quin candidos, & puros reddent, & AEthiopes, ac iniustitiæ nigrore deturpatos, candori suo restituent, & pulchritudini.

Denique os Dei vocari meretur Pratus. Dei enim arcana pronunciat, & eius menti insidens, suas promulgat sanctiones, Orbique notas facit: vnde veritas, quæ in Prato hoc emanat, Supremi est Iudicis, qui in Prati solio sedens, ibi damnanda improbat, & probanda firmat, & laudat.

Age verò magne Amnis, & inundationibus tuis totum Orbem terrarum in flue, auidus enim, & siticulosus tuas vndas expectat, & solis radios.

In hoc quippè Prato sunt flores interitum nescientes, immò immarcescibiles sententiæ, & Doctorum monumenta, quæ suauiter spirant, non tàm floribus comparanda, quam præferenda, ac semper natiuo in odore permanenda.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Adm. Reuer.

P. PETRI ALOIS SOCIETATIS IESV.

In laudem legalium Disceptationum perilluſtris D. Franciſci Mariæ Prati eximia luriſprudentia præditi.

INclyta Pieridas Parnaſsi culmina montis,
Aoniumq; ferunt incoluiſſe nemus.
Hinc Heliconiadum felicia culta ſororum,
Pegaſeaſque vndas garrula fama canit.
Vana fides! Pindi viden' hic meliora viretis,
Quæ ſibi delegit florea Prata Themis.

Eiuſdem in Idem.

CLaudite iam riuos pueri; ſat prata biberunt;
Olim Caſtalius dulce canebat Olor.
Quàm bene diſsimili Siren nunc carmine poſcit;
Largus vt irriguis effluat imber aquis!
Nam Prata, Erigone quæ cælite perluit vnda,
Sunt Sophiæ nunquam pota liquore ſatis.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

IN LAVDES

Franciſci Mariæ Pratì celeberrimi Cauſarum Patroni, in quo ita gentilitia nobilitas cum legumſcientia certat, vt ambigas vtram in illo commendes magis.

Epigramma.

IOANNIS BAPTISTÆ CACACII I.C. NEAPOLITANI

ASpice Palladiæ Lector molimina dextræ,
Florida Franciſci quæ tibi Prata ferunt:
Carpe Palatini candentia lilia iuris,
Carpe Quirinales Lector amice roſas.
Pingit odoratam non hic tibi candida meſſem
Flora; ſed Erigones Florida ſerta vides:
Illa niteſcentem Prati cultura noualem
Deſerit aurati limen, & aſtra poli,
Tum ferro legum demeſsis vndique dumis
Purpureis gaudet iura nitere comis.
Credidimus dudum ſpinis vndare tribunal,
Ni faceret, Prati, floribus aura fidem.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Eiusdem

Aliud Epigramma.

Si lua Romano contendat lingua Senatu,
Quos non auderet vincere Romulidas?
Hæc orante, suas Cicero subducet habenas,
Ponet & Antonij rostra, Quirina melos
Cederet Hortensi iubar, ingeniumque Catonis,
Cessarent magni Cæsaris ora loqui:
Quodque alijs vix sera dedit pòst funera fama,
Iàm tua centeno gutture fama canit.

Eiusdem

Aliud Epigramma.

Si quis odoratis properas spectator ab Indis,
Si quis ab Algenti Balthide missus ades,
Et cupis in Latio rediuiuum cernere Tullì
Excusso linguæ fulmen in astra rogo:
Aspice dùm procerum circumplaudente corona
Pratus in vndanti soluerit ora foro.
Non credis? spectes trabeas cùm fulminat inter,
Clamabis causas Tullius alter agit.

IN LAVDES

Franciſci Mariæ Prati non modò patricia nobilitate illuſtriſsimi; ſed legum gloria, quam in forenſi paleſtra cauſarum patrocinio maximo cum omnium plauſu, rerũque dignitate ſuſcepto, adeptus eſt, diſertiſsimo.

ODE

IOANNIS BAPTISTÆ CACACII I.C. NEAPOLITANI.

NOn tot aſtrorum rutilante vultu
Phoſphorum noctu comitantur ignes,
Appulæ non tot, Siculæq; glebæ
Meſſibus undant,

Non tot argutis Zephyri flagellis
Incitæ motant Lybies arenæ,
Non tot Argoas ſtimulante coro
Verbere ripas;

Litus AEgæum decimo procellæ
Impetunt fluctu, neq; tot Boote
Grandines armat domiturus alti
Clauſtra Gebennæ:

Quot tibi fama comitante læti
Aſſonant plauſus. Vagus en citatis
Rumor in pennis tua fert per omnes
Nomina terras.

Vidimus, Prati, trabeas, togaſq;
Nuper ad linguæ ſtupuiſſe fulmen;
Vidimus roſtris agitata longùm
Bella reſolui;

Strenuum dùm ſe miſero clienti
Spondet vltorem, fluit & ſecunda
Ingeni vena ſpecioſa miſcens
Flumina Rheto-

Mos

Mòx vbi, chartis, adhibet forenses
Ritè pugnatas acies, Latinis,
Nobili fama Vada tràns Tibiſci
Axe vehendas,
Audiet ſeris habitata Gothis
Clauſtra felici reſonare plauſu,
Audiet ſe ſe dirimi niuales
Iudice lites.
Plaudet æterno tibi Muſa cantu,
Prate, viuaci redimite lauru,
Pugnei annorum licet inquieto
Murmure bellum.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

MICHAELIS ANGELI GIZZII I.C. NEAPOLITANI.

Anagram.

Doctor Franciscus Maria Pratus Patritius Licienſis.

Cauſas fructu patrocinaris, ac lites ſcripto dirimis.

Aliud.

Aduocatus Primarius lites Fiſci niſi ſcripto narrat.

Eiuſdem.

Franceſco Maria Prato.

Ora con ſe fama riporta.

Madrigale.

NE' PRATI tuoi chi non raccoglie fiori?
Ne' MARI tuoi PRATO, chi teme ſcogli?
Verga ſi dotti fogli
La penna tua, che par, che'l Mondo infiori,
E sì ſcorre 'l ſuo grido,
E gloria tal t'apporta,
Ch'ORA la FAMA altrui CON SE RIPORTA.

AL

IM

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

AL SIGNORE

FRANCESCO MARIA PRATO

Eccellentissimo Dottor de leggi, toccando anche le lodi del Signor Frà Leonardo Prato de suoi Antenati, Cauaglier di Malta, e Gran Croce, Priore di Venosa, & Ambasciadore de la sua Religione à Solimano.

Del Signor

GIACOMO D'ANNA

SParsa di lampi d'or lieta, ritorno
La bella Astrea, fea dal Celeste Choro;
E di specchiarsi al tuo legal lauoro
Godea, sì viua era fregiata intorno:
Thèmide qui (con graue inuidia, e scorno
Del sì litigioso auaro foro)
Chiari vagheggia intesti à lettre d'oro
Suoi detti oscuri, e ne fà il Mondo adorno!
E se non che de l'Armi il grido altero
Sode per tutto (onde la Morte è vinta)
Di quel tuo sì gran Duce, e Caualiero,
Già soneria la Fama alta, e distinta:
Cedan l'Armi à la Toga il pregio intero;
E resti homai l'antica lite estinta.

Al

Al Sig. Canonico Giouene.

Gregorius Peccerillus Vic. Gen. Neap.

Admodum Ill. & Reuerendis. Domine.

PErlegi Diſceptationes Forenſes Doctiſſimi, ac Perſpicaciſſimi viri Domini Franciſci Mariæ Prati, qui eas maturo ingenio elaborauit, proinde cum nihil contra Fides, vel Bonos mores contineant, eas prælo poſſe mandari iudico. Neap. 15. Decembris 1644.

Addictiſſimus ſeruus.

Io. Vincentius Iuuenis Cimiliarca, & Canon. Neap.

Imprimatur. *Greg. Peccerillus Vic. Gen. Neap.*

Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſimo Signore.

IL Dottor Franceſco Maria Prato ſupplicando V.E. le fà intendere, come deſidera dare alle Stampe il Secondo Tomo delle Diſcettationi Forenſi con le Deciſioni de' Supremi Tribunali del Regno, Perciò ſupplica V. E. ſia ſeruita commettere ad alcuna perſona dotta, e d'autorità, la reuiſione di detto libro, acciò viſta l'approbatione, poſſa V.E. reſtar ſeruita dare licenza che eſca al publico, e l'hauerà à gratia, vt Deus.

Magnificus Conſiliarius Miroballus videat, & in ſcriptis referat S. E.

Capycius Latro Reg.

Prouiſum per Suam Excellentiam Neap. die 28. Maij 1648.

Anaſtaſius.

Illuſtriſſime, & Excellentiſsime Domine,

ALteram Semicenturiam, Diſceptationum Forenſium ab eodem nobili, ac doctiſſimo viro Franciſco Maria Prato editam, typis dandam cenſuit olim Regius Conſiliarius nobilis ille vir Patritius, Scipio Theodorus meus Collega, optimus in vtroque Iure Conſultus, ſua tempeſtate equidem nemini ſecundus: cui dum hæc ſecunda ad inſtar ſolis in meridie magis, quàm in ortu elucentis non ſolùm æqualis, ſed excelſiùs doctrina præcellat, ne opus ad Forenſes quæſtiones dirimendas tã vtile diù ſub ſole ſit abſconditum, dum nihil Regiæ Iuriſdictioni, ac bonis moribus (*me Iudice*) detrahat (nam vt tua iuſſa capeſſerem integram ſecundam hanc Semicenturiam legi) prælo dandam neceſſarium oro. Die 15. Iunij 1648.

Excellentiæ Tuæ

Deditiſſimus ſeruus

Antonius Miroballus.

Vidit Reg. Conſ: Don Benedictus Trelles Marchio Torraluæ deputatus per S.E. pro reuiſione librorum.

Viſa ſupradicta relatione: Imprimatur.

Zuſia Reg. Caracciol. Reg. Capyc. Latro Reg. Garcia Reg.

Prouiſum per S.E. Neapoli die 26. Iunii 1648.

Lombardus.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

ARGVMENTORVM OMNIVM

Quæ in hac secunda Disceptationum Forésium parte continentur, ac Articulorum omnium in eis enucleatorum.

SYNOPSIS.

CAPVT I.

REgis Sereniſſimi Caroli Secundi cõceſſio Terræ S. Nicandri de anno 1303. in beneficium Eccleſiæ Sãcti Nicolai Barenſis cum tribus caſibus criminalibus recenſetur, quidnè in dictis tribus caſibus veniat comprehenſum, quæque determinatio emanauerit in materia, ad quod memorantur D. *Reg. Tap.* & *Reg. Rou.* de ea agentes.

Locatio vltra decennium, venditionis potius ſpeciem ſapit, quàm locationis, ex ea etenim poſſeſſio transfertur, dominiumq; vtile acquiritur (quicquid dixerit in contrarium *Accurſ. in l. codicillis* 9. §. *inſtituto* verſ. *Extitiſſe ff. de legat.* 2.) eius namque placitũ communi Doctorum calculo improbatũ eſſe, multis oſtenditur.

Baro malè tractans vaſſallos debet feudo priuari, eorumq; vaſſallorum iuriſdictione; Abuti namque dicitur dominio Baro, qui vti vſufructuarius diligenter ſe gerere debet in vaſſallorum adminiſtratione, itaque pluries, & paſſim fuiſſe determinatum, nonnulli peculiares adnumerantur caſus, vel ſaltim (ſi mitior ſequatur ſententia) cogendus eſt Baro ad feudi (quo abutitur) vẽditionem;

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

in quam ſententiam *Noſtrates* iuiſſe plura adducuntur non inutilia.

Superiorem, ex officio teneri (Vaſſallis etiam non inſtantibus) à Dominorum vtiliũ ſæuitia, oppreſsioneque eos eximere, cum primùm innotuerit, nàm proprium id munus ad Dominos directos pertinet, concurrente quoque notorio eius intereſſe, ne ad exinanitionem vaſſalli deducantur, vtque locupletes exiſtant, ad hoc vt potentes reddantur ad ſolutionem functionum fiſcalium, aliorumque ſuperindictorũ: appoſitè demonſtratur.

Prælatio ſpectat ad conſocium, dum res venditur, ratione vnionis, etiam rei feudalis, cuius licèt incapax ſit Eccleſia, ratione intereſſe indiuiduæ voluntatis Domini aſſentiri debensis, ac ſolutionis releuiorum, & deuolutionis, attamen dum tranſfertur in caput perſonæ laicæ, paſsim obtinetur aſſenſus.

Nominans ſtatim facta nominatione amplius in contractu nõ attenditur, ſed totum ſit eius, cuius contemplatione, & nomine ſit actus, quo expleto nominans gabellam ſoluere non tenetur, nec de euictione, multòque minus eius bona pro ſolutione prætij hypotecata cenſentur.

Ius competens cõſocio, vt præferatur in venditione rei facta ab altero ſocio, ſtatim ac ſit diſtractio, competit, nec quid commune habet cum incapacitate petentis prælationem, cùm purgari poſsit vitium incapacitatis ex ſubrogatione perſonæ habilis, cuius aſſumpti occaſione enucleantur determinationes Senatus Delphinalis apud *Guid. Pap. deciſ.* 411. & Sac. Conſil. Neapolitani apud *Dom de Franch deciſ.* 226. quibus cauetur Dominum directum non eſſe præferendum in venditione rei Emphyteuticæ ab Emphyteuta factam, quando pro alio, nõ pro ſe ipſo eam expetit.

CAPVT II.

Agitur an ius retractus competat Baroni in iuriſdictione Ciuili; quando venditur iuriſdictio criminalis ab illius domino. Prælatio quibus ex cauſis competere poteſt. Ius retractus cuius naturæ ſit. Emptor rei cum pacto de retrouendendo, an præferendus

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

rendus sit in cessione iuris luendi, à venditore prætio mediante alteri facta. Ecclesia si in feudi vēditione præferri non potest ex eo quod dicitur manus mortua, an petere possit, vt feudum illud ponatur in manus personæ secularis. *Titulus C. plus valere quod agitur quam quod simulatè concipitur*, an procedat in feudis. Persona priuilegiata, læsione non probata, num restitui possit aduersus, lapsum temporis ad retrahendum à iure præscripti, & de alijs.

CAPVT III.

Iudex ad vlteriora procedens nulla facta interloquutione super exceptionibus oppositis, an censeatur illas reijcere, & an nulliter sit processum, vel à prosequutione ad vlteriora oportet appellare, & an diuersa sit ratio in exceptione fori declinatoria ob Iudicis funditùs incompetentiam, veluti Laici erga personas exemptas, ab alijs dilatorijs exceptionibus, in quibus alterius generis declinatoriæ continentur exceptiones.

Decreta Sac. Conf. interposita in causa Monasterij, aliarumvè personarum exemptarū à iurisdictione Iudicis laici, eo quod petita remissione, Procurator illi renunciauerit expressè mediante libello oblato, quo mediante cōtentus extitit, quod in Sac. Conf. procedatur, petita remissione ad Ecclesiasticum, non obstante, etiam si Aduocati consensus in Aula præstitus superueniat, minimè exequi debere, imò reuocatis, tàm procuratoris instantia quàm Aduocati beneplacito, omninò causam ad Iudicē Ecclesiasticum remittendam fore, pluribus ostenditur.

Clerici, alięque personæ Ecclesiasticæ etiam volentes non possunt efficere, vt Iudex laicus de ipsis, ipsorumque bonis cognoscat, Indultum siquidem exemptionis priuilegium, non ipsis, sed toti eorum ordini collatum plura suadent iura, tum in canone, cum in iure Romano; quod adeò acceptum est, vt etiam Episcopi accedente consensu, id fieri nequeat; quinimò summū ipsū Pōtificē iubere id non posse generaliter insinuatur, Est namq; Clerici ad Laicum nō licita

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

cõparitio, nec posſibilis prorogatio, Synodaliſq; eiuſdem S. Conſ. recenſetur determinatio, quia condemnato Clerico iure, aſſiſtendi exequutaque ſententia, ipſiuſq; vigore exiſtente in poſſeſſione bonorum, victore, fuit annullata ſententia, ex quo cõtra Clericum teſte *Gram. deciſ.* 61.

Franciſc. de Petris conſ. 23. adducitur, & enucleatur caſus, in quo locum ſibi vindicare queat, cuius occaſione theorema illud olim in diſputationem adductum, An perſona Eccleſiaſtica hæres Laici teneatur ſtare inſtantiæ ceptæ per defunctum corã Iudice Laico, enucleatur; itaque nuperrimè deciſum fuiſſe, ſingularis expenditur Sacr. Conſil. determinatio apud *D. Reg. Sanfelic. dec.* 2. *num.* 13. *tom.* 1.

Regiæ iuriſdictioni nullum fieri præiudicium, ſi quando cauſæ Clericorum aliarumque perſonarum Eccleſiaſticarum Introductæ coram Iudice ſeculari, petantur remitti, ad Iudices Eccleſiaſticos, imò petitam remiſsionem ſecundùm iurium diſpoſitionem procedere dignoſcitur, aliàs etenim grauiter punirentur, ſi in laicum Iudicem conſentirent.

CAPVT IV.

Subſtitutio pupillaris aduenien te pubèrtate expirat, nec alios caſus compræhendit, quia ſtricta fit interpretatio, ita vt extenſio de caſu ad caſum in ſubſtitutionibus non detur, & quando dicatur inducta, quibusuè verbis, & quando caducetur ob præmortem ſubſtitutorum, quoue tempore expiret.

Donatio abſenti facta, quando acquiratur, ſiue reuocabiliter, ſiue irreuocabiliter, Notarii ſtipulatione accedente, & quid ſi mors ſequatur antè ratificationem.

CAPVT V.

Salarium Tutori deberi etiam ſi à principio adminiſtrationis tutelæ non fuerit conſtitutum à Iudice, nec ab ipſo petitum, eò quod iuri, & æquitati conſentaneum ſit, vt pro laboribus mercedem quis conſequatur, alijſque ſimilibus adductis, demonſtratur.

Deciſio 122. *Dom. de Franch.* non deberi ſcil. ſalarium tutori

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

tori à principio administrationis non constitutum, neque petitum, expenditur atque refellitur, singillatimq; occurritur fundamentis omnibus, quibus decisio prædicta sustineri secernitur.

Text. in l. à tutoribus §. quemadmodum ff. de admin. tutor. & in l. in eos, ff. de tutel. adducti per *Dom. de Franch. in d. dec. 122. & tex. in l. qui negotium in fin. principii, ff. de admin. tutor. & in l. si is qui ff. de eo qui pro tutor. negot. ger.* allegati per *Guttier. in tract. de tutel. et cur. par. 3. cap. 2.* enucleãtur, eorumq; genuinus, & verus intellectus adducitur.

Determinationes plures contra *dec. 122. D. de Franch.* adducuntur, Authoresq; contra eam tenentes indicantur, vt exindè pateat, mutatis temporibus, super eodem articulo, variatas quoq; emanasse sententias, nedum in diuersis Prætorijs, verum etiam in Senatibus ijsdem. Et quando communis opinio in iudicãdo sit sectanda, si cõtra eam validiores insurgant rationes, vel explodenda veniat, nonnulla haud inutiliter afferuntur.

CAPVT VI.

Consuetudo Neapolis *si quis, vel si qua*, non procedit patre, vel matre existente in medio, cùm *Auth. defuncto, C. ad Tertull* non reperiatur correcta per *d. Consuetudinem.*

Hæreditas infãtis transmittitur solum ad patrem, iure quodam patrio, siue iure peculij, cæteris omnibus excluſis, ad intellectũ *text. in l. si infanti, C. de iure delib.*

Doctrina *Napodani in d Consuet. si quis vel si qua* expenditur, eique occurritur (quatenus ad casum propositum attinet.)

CAPVT VII.

Napodani placitum in *Consuetud. Neapol. si quis vel si qua num. 246. et in Consuetud. Et si Testator in glos. Perueniat nu. 33.* expenditur, & declaratur in materia trãsmissionis hæreditatis infantis non agnitæ, ad Collaterales.

CA·

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

CAPVT VIII.

Parentes, relicta tantummodò filijs legitima, possunt in mari eorum bona proijcere.

Legatarius pro legato consequendo, nedum tres illas habet actiones, Personalē scil. Hypothecariam, & Reuendicationem, de quibus Imperiali Constitutione reperitur cautum *in §. Nostra autem instit. de legat.* verum etiam viam executiuam, distinctionis adhibito moderamine, fuerit nè legatū quantitatis, vel speciei.

Pro legato competit quoque legatario immissio vigore *l. fi. C. de edict. Div. Adrian. toll.* eò magis, si titulo institutionis fuerit legatum elargitum.

Decisiones per Sac. Consil. emanatæ; recensitæ per *Spectab. Dom. Reg. Merlin. Sac. Cōs. Præsidem in 2. centur. controuers forens. cap.* 10. adducuntur, quæque inter vnam, & alteram facti speciem diuersitates emerserint, expendūtur, quas Author non inconcinnè singillatim enucleat.

CAPVT IX.

Litigij vitium nō contrahitur, si lis instituatur antè diei aduentum, vel ante conditionem adimpletam, quia actio ad agendum non competit, sicuti citatio nulla ne quidē pendentiam litis inducit.

Transactio (quæ species alienationis est) de rebus Ecclesiæ, vt valeat, quæ requirantur, & in quo differat ab alienatione rerum minoris quòad sollemnitates, & an eæ exquirantur in repudiatione Iuriū, & an repudiatio ipsa; contractus, vel distractus dici possit.

Consensus Monachorum, an vicem sustineat, sollemnitatum requisitarum in alienatione rerum Monasterij, quidnè operetur ipsorum subscriptio in assensus petitione, & alia plura in materia validitatis alienationis rerum Ecclesiæ, & minorum.

CAPVT X.

Causæ Scribarum Sac. Consil. eorumque Montem ab ipsis erectum tangentes, determinationi subsunt Regiorum Consiliariorum, non autem

Præ-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Præsidis Sac. Consil. iurisdictioni subiacent vti Præsidi, nisi quatenus ab Excellentissimo Prorege eorum cognitio illi fuerit demandata, itaq; passim à tempore erectionis obseruatum demonstratur, huncq; vltimum esse actum ostenditur, qui licèt pluribus antecedentibus corroboretur, etiam si vnicus foret, satis esse ad manutenendum quem in possessione sustinetur. eamque manutentionem, nedum in corporalibus, sed etiam in incorporalibus, ac in his, pro quibus non est dare possessorium, sed datur status quidam, secundum veros terminos cõprobatur.

Obseruantiam satis prodesse ad declarationem cuiusque dispositionis, tantùmque operari, quantum conuentionẽ, eamque non requirere præscriptionem, sed sufficere, quod aliquibus vicibus ità fuerit obseruatum, non inconcinnè demonstratur.

CAPVT XI.

In confectione inuentarij creditores, & legatarij sunt specialiter citandi, ad hòc vt hæres beneficio Imperialis Cõstitutionis *in l. fin. C. de iur. delib.* gaudeat, id quod obseruari debet nedum in ijs, qui certi sunt, verum etiam in ijs, qui licèt tempore confectionis innentarij non sunt certi, veniunt tamen certificandi, & qua de causa citatio interesse prætendentium super hæreditate tempore confectionis innentarij fuerit adinuenta.

Ecclesia, aliauè loca pia, an teneantur vltra vires hæreditarias, si inuentariũ non confecerint. & è conuerso si hæres laicus inuẽtarium neglexerit, an teneatur de proprio soluere legata locis piis.

Bulla *Sũmi Põtif. Clem. VIII.* de anno 1598. qualiter sit accepta in Regn. circa solutionem legatorum piorum de proprio, dum ab hærede laico non conficitur inuentarium.

CAPVT XII.

Sententia Sac. Cons. impedit expeditionem reclamationis ab ea, donec effectualiter exequuta nõ fuerit: si tamen de exequutione fuerit oppositum.

Recipiens partem crediti, non ideò videtur approbare contra-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

tractum, aut decretum pro restanti quantitate, quia id potius factum videtur, non vt ratificet, sed vt minus perdat, attenta maximè clausula in decreto apposita (*citra præiudicium*) licèt secus sit in sponte soluente, nam contractum ratificare censetur.

CAPVT XIII.

Transactionem initam cum tutrice, absq; Iudicis decreto, alijsque debitis sollemnitatibus, cõualidari, si minor post maiorem ætatem per quinquennium tacuerit (ea etenim vis est tacitæ ratificationis) ad ornatum *text. in l. fin. C. si maior fact. alienat. sine decret. rat. habuer. lib. 5.* maximè si contractus onerosus fuerit, & in euidentem minoris vtilitatem cessisse dignoscatur (quicquid āliter in Ecclesia contrahente absque decreto, requisitisque à iure sollemnitatibus, etiam si in eius vtilitatem contractus emerserit, aliter reperiatur dispositum) ad quod expendũtur inter cæteros duorum Sac. Consil. Neapol. Præsidentium placita, *Dom.* scil. *Vincent. de Franch. & Dom. D. Franciſci Merlini*, in sedibus indicatis.

Ratificatio contractus in minori ætate initi, post quinquennalem taciturnitatem eam præbet efficaciam, vt conualidatio intelligatur vti ex tunc à die contractus initi, non autem à die ratificationis subsequutæ, ad quod axioma suadendum plura expenduntur iura, rationesque adducuntur, ac Doctorum placita insinuantur, præsertim *Menoch* quicquid aliter in contrarium (vt *Menoch.* contradiceret) *Surd.* adstruxisse videtur.

Inuentarium hæredi minimè opitulari, si in eius confectione creditores certi, vel de facili certificandi nominatim citati non fuerint; Citatio etenim generalis, quæ per proclamata fit, satis, non est ad inuentarij validitatem ostendendam.

Legitimæ in liquidatione omnia bona cuiuscumq; generis in hæreditate defuncti remansa, iura, & actiones, ac nomina debitorum attendi debere, imò eorum fructus à die obitus absque interpellatione; Debentur si quidem fructus ipsi non propter moram, sed ratione dominij, quod sui natura sequuntur, eluſq;

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

eiusq; accessorij sunt, quam sanè legitimam è legatis pijs minimè diminui : pluribus haud segniter suadetur.

CAPVT XIV.

Donatio ex nunc pro tunc,& è contra sequuta morte, facta in capitulis matrimonialibus de re feudali, reseruatis fructibus vita durante, an requirat assensum Sac. Cathol Maiest. vel sufficiat assensus Proregis in terminis *prag. 4. de feud. cap. 5.*

Vsusfructus formalis an sit pars dominij, siue similitudinem cum dominio habeat, ita vt ex eius reseruatione in feudis, inducatur feudi diuisio, vel dismembratio?

Consiliar. Ann. cõs. 39. notatur à *Reg. Rou.* quod nõ degusta uit terminos puræ,& simplicis refutationis,quæ satis differt à donatione facta ex nunc pro tunc per patrem filio contemplatione matrimonij,& quid fuerit dispositum circa assensus præstandos donationibus faciendis contemplatione matrimonij ex nunc pro tunc sequuta morte.

Assensus petitus qualiter annexa comprehendat etiam si in petitione de ijs mentio facta non fuerit, & ex quibus difformis sit censendus,& an patiatur extensionem, vel comprehẽsionem admictat; & an super nouo contractu hæredis possit impetrari? aliaq; plura in materia assensus enucleantur.

Vxor consentiens matrimonio iam sequuto,an censeatur ratificare omnia contenta in pactis nuptialibus, in quibus non fuit præsens,& quæ sciẽtia præsumatur, quæuè debeat interuenire?

CAPVT XV.

Demonstratur nullitas assensuũ impetratorum per hæredes particulares, ex pluribus indicatis in *cap. præcedenti*.

CAPVT XVI.

Recusatio erga Iudices ex causa affinitatis cum collitigantibus, licèt à Iure tum ciuili, cùm canonico admittatur, Regni tamẽ peculiari pragmatica sanctione statuti sunt dies, infra quos suspictio debet proponi, quibus elapsis, vlterius tempus non conceditur.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Restitutio in integrum licèt per verba generalia,& pregnantia, reiecta minimè censeatur, etiam si appellatio,reclamatio aut nullitas à statuto reijciantur, attamen si expressè de ea fit mentio, nequidem per viam restitutionis in integrum personis priuilegiatis poterit esse consultum. aliaq; in materia adducuntur.

CAPVT XVII.

Fatalia currere in Concistorio Principis,& sic in Sac. Cons. vigore decreti de ann. 1539 consulto Illustrissimo Prorege, nuper redacti in vol. pragmaticar. sub *tit. de offic. Sac. Cons. prag. 54. & in tit. de appell prag. 1. in antiquis*, ac ita passim practicatum succesiuis temporibus, ex pluribus suadetur; determinationesquè emanatæ recensentur, quicquid in contrariam iuerit opinionem D. *Reg. Galeot.* dum Aduocationis munere fungebatur pro Illu. Duce Andriæ. exaratis etenim per ipsum occurritur ex traditis per *D. Reg. Io. Franc. de Pont. in sedibus indicatis.*

Nullitatis vitio minimè laborare venditionem bonorum decocti, legitimis subhastationibus præcedentibus ad instantiam creditorum; minimè refragante, quod hæredes debitoris in iudicio minimè existentes, auditi, nec citati fuerint, dum procurator debitoris extitit auditus; Sententiam namque cum legitimo contradictore latam, eoquè qui primas habet ac potiores defendendi partes, nocere omnibus his etiam non citatis, nec scientibus, qui ab ipso victi, & cõdemnati, ius proprium deducere conantur,& cogũtur,receptum est apud Classicos.

Venditio subhasta legitimè facta præsumitur, is etenim malæ fidei existimatur emptor,qui contra iuris dispositionem, ac ordine non obseruato emit. in Ciuitate tamen Neapolis, si appretium bonorum factum per Tabularios adsit, iustum prætium redargui, atque præsumi,insinuatur.

CAPVT XVIII.

Officia sunt de Regalibus iis, quæ Principis ossibus ratione supremi dominii inhærent,

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

rent, infixaq; sunt, eorumq; alienationem absque Regio assensu nullam existere ad instar feudalis rei distractionem, vigore *Constit. Regn.* incip. *Constitutionem diuæ memoriæ sub tit. de alienat. feudor. & rer. feudal. lib.* 3. quinimò strictius procedi in alienatione officiorũ, quàm feudalium rerum per *Constit. scire volumus sub tit. de iurib. rer. regal.* non inscitè demonstratur, ibique summo veluti digito vtrum verior existat opinio *Diomedis Mariconda*, aientis Constit. *diuæ memoriæ* locum sibi pariter vindicare in officiis, vt si absque assensu regio alienentur, liceat alienanti iure proprio actum distractionis reuocare, vel aliorũ negantium infinuatur.

Concessio emolumẽtorum officij verbis prægnantibus facta, nullum ius reseruat penès concedentem, imò officium ipsum alienatum censetur totaliter in concessionarium, pulchra adhibita similitudine de sole, & radiis ipsius, quæ inseparabilia sũt, adeò quod si posset dari alienatio radiorum solis, & sol ipse alienatus censetur, ita pariter data alienatione emolumentorum officij, & officium ipsum distractum dijudicatur, emolumenta etenim officij eius sunt naturæ, vt de officio ipso inseparabiliter practicẽtur, indeq; emergere, vt etiam facta alienatione, seu contractatione emolumentorum officij, assensus regius sit expetẽdus, aliàs nullitatis labe maculatus cõtractus quilibet dignoscitur, & si ad vitam concessionarij fieret emolumentorum officij concessio perpetua diiudicanda erit, & ad lõgum tempus, adeò quod ius in re cõstituat, & dominium transferat, vno tantum in casu restrictionis moderamine adhibito.

Andreæ de Isern. placitum in *cap. Imperialem num.* 3. *de prohib feu. alienat. per Feder.* quo cauetur concessionem fructuum feudi toto tempore vitę feudatarij absque assensu fieri non posse, non esse applicandum in officijs, in quibus nullum dominiũ habent concessionarii (quicquid aliter sit in feudis) nouo, sed pluribus conuallato inuentu ab *Authore*, facili via demonstratur, comprobaturque.

Locationem ad lõgus tempus,

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

ius in re constituere, dominiumque transferre in conductorem, verior, communior, saniorq; sententia demonstratur, explosa *Accursij* doctrina *in l. codicillis* §. *instituto, ff. de legat* 2. *in fin.* vtpotè bonum sensum non habentis in explanatione dictæ glosæ.

CAPVT XIX.

Officia esse de Regalibus, eaq; absque Regis assensu alienari minimè posse ex peculiari dispositione *Constitut. Regn. Scire volumus* etiam si de prouentuum distractione agatur, quando ius in re constituitur diserte admodum explicatur, & quomodo ius formale in re constitutum videatur, vel simplex commoditas, siue nuda fructuum perceptio oriatur, ex celebri *Bartol.* placito *in l. fundi Trebatiani, ff. de vsufr. lega.* ad oculum insinuatur.

Reuocationem contractus iure proprio competentem contrahentibus de re feudali absque assensu virtute *Constitution. Regn.* incip. *Constitutionem Diuæ memoriæ sub tit. de alienat. rer. feudal.* procedere etiam in officijs ex insigni doctrina *Diomedis Mariondæ*, quicquid in contrarium asseratur fuisse olim determinatum in causa Io. Bapt. de Sadeolis non inconcinnè demonstratur.

Assensum lite pendente præstitum nulla litis mentione facta, esse nullum, ad instar cuiusuis generis priuilegij, quarum refragante, *Reg. Io. Anton. Lanar. respons.* quod est insertum in *volumine eius consilior. cap.* 17. qui fidem, præbet assensum lite pendēte impetratum, mediante sētentia Regia declaratū fuisse validum, scitè suadetur; dictis etenim per *Lanar.* doctè nimis occurritur per *Reg. de Pont.* ac neruosè singulis per ipsum adductis, in locis indicatis, fit satis.

CAPVT XX.

Dietæ plures si necessariæ fuerint Iudici, siue alteri, pro negotio sibi commisso expediendo, quod tamen ob industriam, & magnum laborem paucioribus diebus fuit expletum, debetur salarium omnium dierum, non tantùm eorum pro quibus vacauit; sicuti si vnico accessu eodem tempore plures dif-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

differentias videre contingat,quarum vna alteri impedimentum non præstat, sed Iudici labor augetur,duplex exigit salarium; Pecunia etenim sicuti, & labor in æstimatione est, & prætium recipit; aliaque in materia indicantur.

CAPVT XXI.

Mensuratio territoriorum in dubio censetur facta secundum mensuram loci, vbi ea sita sunt, non autem iuxta mensuram, quæ seruatur in loco iudicij.

Venditio quando censeatur facta ad corpus, vel ad mensuram, notum est dubium, & trita concertatio quam reducunt DD. vt si incipiatur à corpore, censeatur facta ad corpus, sin autem à mensura,intelligatur facta ad mensuram;quoties tamen fit mẽtio prætij, in eam communiorem iuerunt sententiam, vt ad mensuram venditio facta censeatur,non ad corpus, eiusdemque thesis nonnullæ peculiares adducuntur determinationes.

Declarationem Tabulariorum per viam testimonialis parte incitata, liteque adhuc pendente factam,minimè refragari,imò vti attentatam esse prorsùs reuocandam vtpotè nullius efficaciæ ex defectu potestatis,sicuti traditum est in officiali qui post latam sententiam,non potest declarare, functus siquidem est officio suo; plenaque manu agitur de declaratione circa substantiam actus, vel qualitates.

CAPVT XXII.

Aditio hæreditatis ex quibus actibus probatur; Inuentarium an à die aditæ hęreditatis statim infra trimestre tempus confici debeat, etiã si aliqua lis emergat super hæreditate; Inuentarij confectio,ex quibus impediatur ità vt hæredi non imputetur si non fecerit infra tempus: Decisiones Sac. Conf. tum retroactis,cùm hodiernis tẽporibus contra hæredem nõ conficientem inuentarium adducuntur.

CAPVT XXIII.

Impedimenta quæ censeantur legitimè præstita ad finem, vt hæres nõ teneatur de proprio,si infra trimeste tempus

ab

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

ab Imperial. Constit. determinatum *in l. fin. C. de iur. delib.* inuentarium sollemne non confecerit, etiam si fuerit protestatus se absque inuentarij beneficio nolle adire.

CAPVT XXIV.

Dominium rei insolutum datæ, non dicitur translatum, quando perfectè, & incommutabiliter non fuit acquisitum, sicuti nec possessionē nactus quis censetur, quam retinere non potest, vel sibi de iure poterit auocari, Nec solutum verè dicitur, quando subiacet reuocationi, resoluto etenim cõtractu, omnia redeunt ad causam primæuam: Datio insolutum habet vim venditionis, verũ re insolutum data euicta, remanent salua iura ptimæua pro crediti consequutione, non etenim in iis sibi præiudicauit eam recipiens.

CAPVT XXV.

Venditio Ciuitatis Theatinæ in Supremo Collater. Consil. referente Regiæ Cameræ Summariæ Prætorio, in exequutionem literarum Sacr. Cathol. Maiest. ab ipsomet Rege facta censetur, eaque perfecta, & valida reputatur, accedentibus maximè sollēnitatibus publicarum subhastationum, quæ an de necessitate requirantur, quando Excellētissimus Regni Prorex rem aliquam Regis vendit vti Procurator Cæsaris, ordinatè discurritur.

Concessio Ciuitatis prædictæ à Seren. Rege nostro facta Regi Poloniæ ad præces Oratoris ipsum in Curia Regia degentis, minimè operatur, aut effectum aliquem producere potest, dum non fuit expressum, fuisse iam venditũ ālteri, de eius ordine, imò vti obreptitiè cõcessionem prædictam obtentam nullitatis vitio laborare, ideoque ex ea nullum ius metiri posse, abundè probatur.

Regis concessio (quatenus valida esse diiudicanda) nullo vnquam pacto in tertij præiudicium, aut iuris alteri quęsiti emanata præsumitur; Principum etenim rescripta eam habent in se conditionem, quatenus alteri damnosa non existant, nec iuribus derogent, imò de potestate ordinaria à lege regulata, iurisque communis Roma-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

manorum, ſtatutiſque municipalibus conformia proceſsiſſe dicendum eſt, non autem de poteſtate abſoluta, quæ an poſsit aliquo caſu practicari, quæuè verior, cõmuniorque fuerit ſententia, affirmatiua nè, vel negatiua, lato exaratur calamo.

Iuſtum non eſſe, neque decens, imò erroneè præſumeretur Regem noſtrum Sereniſsimum, perfecta iàm vẽditione Ciuitatis prędictę de eius ordine abſque vllo ſui patrimonij incommodo, ac veriùs non modico illius incremento, debitis interuenientibus ſollemnitatibns, velle ab ea reſilire; Certũ etenim agnoſcitur theorema, Regẽ omni iure naturali, & gentium, ac poſitiuo ad obſeruantiam contractus ritè, rectèque initi cum ipſo geſti, teneri, & ab eo reſilire non poſſe, eò fortiùs ſi cum ſubditis ſuis contraxerit, aliàs etenim ſi Rex, contractus obſeruantiæ non teneretur, infeliciſsimè cum ipſo ageretur, nec contrahentem inueniret, id quod adamuſsim obſeruatum à Rege noſtro omnium Europæ Principũ exemplari, inſinuatur, multiſque diſcurritur, & comprobatur.

CAPVT XXVI.

Spuriis nullum ius competit in ſucceſsione parentum, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, ſiue ex contractu, ſunt namq; á iure ciuili incogniti; nec legitimari valent, niſi ſpecialiter Principi de ſpurietate in præcibus mentio facta fuerit, alioquin licèt de facto legitimationis priuilegium emanauerit, ex ſubreptionis, obreptioniſq; vitio, inualidum, nulliuſque efficaciæ dignoſcitur.

Alimenta lite pendente actori decerni minimè queunt, niſi de bono eius iure, apertè edoceat: vel niſi ſit filius, vel nepos eius quem in iudicio repræſentat, Vel niſi magna præmitur inopia, quæ omnia copulatiuè concurrere debent, nam altero deficiente, alimenta pręſtari non debẽt, ad quod præ cæteris adducitur *Aluar. Valaſc.* opinio, & qualiter prædicta in ſupremis Tribunalibus practicata fuerint, inſinuatur.

Termino in cauſa impertito, nulla facta interim prouiſione per Iudicem, lite pendente de alimentis, nec reſeruata facultate circa ea prouidendi in quacumque parte iu-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

iudicii ; amplius ſuper iis prouidere non poteſt ; Dilatione etenim pendente, iudicis officium conquieſcere, perquàm clarum eſt.

Fures multis arcentur pœnis, tam ciuiliter, quàm criminaliter, in furum punitionē, fuiſſeq; facta furta prohibita omni iure apud pleraſque gentes etiam Scytas, & Barbaros, non illepidè oſtenditur.

CAPVT XXVII.

Aquæ, Aquarumque decurſus, licet Regis fuerint vtpotè inter Regalia connumeratæ, ex vetuſta tamen conſuetudine ad Barones ſpectant. eò quod in feudorum conceſſionibus Rex ipſe Baronibus tradit, atque elargitur.

Statuta, ſiue ordinationes laicorum, licèt regulariter Eccleſias, aliaſque perſonas exemptas à iuriſdictione ſeculari non ligent, reſtringitur tamen eiuſmodi propoſitio in caſibus, in quibus ſtatuta prędicta publicam vtilitatem communeque bonum reſpiciunt, de quo perſonæ immunes participant, tunc etenim ad obſeruantiam ſtatutorum ſecularium tenentur etiam in foro conſcientiæ, quia non lege ſeculari, ſed rationis naturalis, & æquitatis canonicæ, & moralis dictamine, ligantur ad ea faciē dum, quæ publica omnium vtilitas exigit.

Clerici dicuntur Ciues Ciuitatis, eorumq; nomine veniūt, etiam ſi alienigenæ ſint, & tantummodò in loco vbi habitant, beneficient, tunc etenim habentur vti Ciues originarii, quinimò Eccleſia dicitur de corpore Ciuitatis, eiuſque conſuetudo, quando Clericos compræhendat.

CAPVT XXVIII.

Litis conteſtatio, aliique actus enumerati in *cap. quoniam contra de probat.* requiruntur in iudicio ordinario, non autem exequutio, Et ſi ordinariè fuerit actum, non poteſt poſtmodum via ordinaria derelicta, Actor exequutiuam viam aggredi, ſed ad finem vſque motæ litis ordinariè agere debet.

Vxori pro eius dotibus, & antefato, nedum actio, ſed etiam retentio competit, ad quod expenditur *Gizz. deciſ. 42.* vbi Synodalis determinatio *Sac. Conſ. Neap.* affertur.

Mu·

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Mulier consentiens obligationi contractæ per eius virũ absque dispensatione regia, in nihilo tenetur, imò vigore *Regiæ pragm.* editæ de anno 1542. *sub tit. de Senatus-Consult. Velleian.* nulla reputatur obligatio, eò magis si doti fieret præiudicium; tũc etenim etiam si millies mulier instrumento debiti per virum contracti consentiat, nullo iure tenetur, nisi in eiusdem mulieris vtilitatem pecunia versa probetur, ac fortiùs, si dispensatio accedat cum clausula passim apponi solita, *Dummodo mulier, non remaneat indotata, nec defraudata iuribus dotalibus*, hoc namque in casu, etiam si iuramentum in contractu adhibeatur, ac Iudicis decretum interuenerit, dispensatio nihil efficit, si mulier indotata remaneret inspecto tempore restitutionis dotiũ, non autem renunciationis.

CAPVT XXX.

Actus facultatiui, qui è naturæ libertate, liberoquè promanant arbitrio, vllo quouis prætextu, nulloque temporis cursu etiam centenario, siue immemorabili, præscribi possunt, In iis etenim præscriptio minimè oriri conceditur, nisi à die prohibitionis, seu contradictionis cum subsecuta acquiescentia, itaque accipiendum est, quod asseritur, consuetudinem liberæ facultatis restrictiuam operari posse in actibus facultatiuis.

Æmulationis causa quid fieri, licèt sit de iure vetitum, ea tamen restringitur propositio, quoties, vt alij damnum ex actu æmulato inferatur, quid peragitur; non autem si quis prodesse sibi satagat, parum refragante si damnũ tertio ex actu illo eueniat, quoniam in nihilo habetur.

Collegia licita Pietatis, & Religionis causa ad libitum instituui possunt, nulla superiorũ expetita licentia, itaque praxim, & obseruantiam inualuisse, maximè in Ciuitate Neapolis: ad quod singularis *Matthæi de Afflicto* locus de obseruantia prædicta fidem facientis affertur, atque extollitur,

Consultorum placita, aliorumque Doctorum opinamenta, traditionesuè, in eum sensum trahenda sunt, vt pijs faueant, non autem aduersentur operibus;

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

CAPVT XXXI.

Alimentorum præstatio in iudicio vniuersali vt debeatur lite pendente, quæ debeant concurrere, etiam si constet semiplenè de filiatione, & quid in linea Collaterali. Iudicio pendente alimentorũ fauor an consideretur.

Legitima debetur in corporibus, etiam si ipsius supplementum petatur: Paragium quomodò accipiatur, & an successerit in Regno loco legitimæ, maximè si filia à patre dotetur, quo casu an possit legitimam integram, à patre expetere, siue paragiũ, & quid si dotatio fuerit adeò modica, vt potius exhæredata videatur.

CAPVT XXXII.

Fideiussio præstita de restituendo pecuniam sibi liberatam, siue solutam cui, quibus, & quando, præuio iudicis decreto, eam habet efficaciam, vt fingatur semper extare pecunia prædicta, quamuis bona fide consumpta, in beneficium cuiuscumque alterius creditoris superuenientis.

Oblatio mulieris intercedentis pro alio, rescinditur exceptione Senatusconsulti Velleiani de iure communi, at si pro viro processerit, nullo iure tenet: ad *text. in Auth. si qua mulier C. ad Velleian.* quidue si renunciatum fuerit etiam cum iuramento beneficio prædictæ *Authent.* & confessio mulieris processerit pecuniam in instrumento assertam ad ipsum peruenisse, quidue superaddiderit *Pragm. Regn. sub tit. de Senatusconsult. Velleian.* dispositis à iure communi.

Dispensatio obtenta ab vno ex Dominis Regentibus Regiam Cancellariam supet validitate obligationum mulierum insimul cum viro, an satis sit, quæue assuetæ sint formulæ dispensandi per Cãcellariam, & quomodo differentes inter se secernũtur opiniones *Dom. de Franch. & Reg. de Ponte* circa vim dispensationum enunciatarum.

Pacta vergentia in deteriorationem dotis non subsistere, eoquè magis si prorsus indotata mulier remanserit, nisi ex euentu quoque concurrat eiusdem vtilitas.

CA-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

CAPVT XXXIII.

Litigij vitium an contrahatur reclamatione pendente, Et an reclamatio eundem operetur effectum, ac appellatio, & an remedium dicatur ordinarium, vel extraordinarium, & qualiter reclamatio censeatur interposita, siue per simplicem comparitionem, siue per replicationem, & qualiter tempora considerantur circa reclamationem interponendam siue decennij, siue biennij, siue respectu fatalium.

Decis. Dom. de Franch. 120. explanatur.

CAPVT XXXIV.

Annuæ præstationes debitæ siue ex contractu, siue ex vltima voluntate, quanto tempore præscribantur, & an vnica sufficiat præscriptio, vel tot esse debeant præscriptiones, quot sunt anni, & qualiter accipienda sit propositio, quæ in materia expēditur pro primo anno debitum esse purum, pro sequentibus verò conditionale, quoque modo *Martini*, & *Bulgari* dissidentes opiniones à Citrà, & Vltrà montes Doctoribus amplexæ, & reiectę, cōcilientur, ad quod casus determinati adducuntur: Solutio debiti ob longū tēporis lapsum præsumitur, attenta tamen qualitate creditoris, & debitoris.

CAPVT XXXV.

Causa si in mero iuris articulo consistit, expedienda erit absq; termino, secùs verò si mixtura facti interueniat, nā tunc omninò terminus erit impartiendus.

Litigiosa res, vel actio, nullo modo cedi, donari, vel alio quouis titulo in aliū trāsferri prohibetur, sub pæna amissionis crediti, vel rei, aliaq; in iuribus contenta, vltra actus nullitatem ipso iure, dictinctione adhibita scientiæ, vel ignorantiæ litigij.

Alienatio rei in potentiorem facta, nullitatis vitio laborat, quæue personæ dicātur potentiores, quibusuè respectibus, quodq; Ecclesia, Ecclesiasticęq; personæ potentiores dicantur, & duriores Aduersarij in lite, punctuales afferuntur doctrinæ, & in quo differat *titulus* Ne *liceat potentior à tit. De alienat. iud. mutan. cau. fact.* non in-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

ſcitè oſtenditur.

Concluſio in cauſa licèt de iure communi habeat vim ſententiæ, nam ex ea videtur renũciatum probationibus, attamen ſecus eſt in Regno, in quo concluſio nõ fit ſimpliciter, ſed in forma, quæ forma intelligitur ſalua productione ſcripturarum, pro quibus competit petenti, terminus ad eas concomitandum, ac parti aduerſæ terminus ad impugnandum, qui eorum indigent compilatione (quicquid Pragmatici nõnulli ſuper eiuſmodi theoremate ſupinè aberrauerint) ad quod multa non inutiliter afferuntur.

Pactum de quota litis omni iure etiam huius Regni municipali eſt prohibitum Aduocatis, Procuratoribus, Agentibus, Solicitatoribus, ac alijs quibuſuis perſonis, præſertim Religioſis de Obſeruantia Sancti Franciſci, quibus ne quidem pro relictis datum eſt in iudicio experiri ad quod *Nicolai III. & Clem. V.* peculiares Conſtitutiones adducuntur, inſimulq; ponderatur *Sac. Concil. Trident.* diſpoſitio, reiectis protinùs iis quæ ex Aduerſo adducta, ponderataq; extiterunt, aliaque plura nõ inconcinnè in materia conſiderantur.

CAPVT XXXVI.

Antefatum deberi viduæ ad ratam dotis ſolutæ, non autem propter virginitatem amiſſam, adeò quod ſi nulla fuerit dos ſoluta, nullum debetur antefatum, etiam in terminis *pragm. unica* editæ de anno 1617. *ſub tit. de donation. propt. nupt. ſiue quarta, vel antefato, & aliis donatiuis*, quæ ſanè pragmatica in beneficium virorum, non autem mulierum fuit introducta, Nec dotis nomine in caſu præſenti confeſſatam dotem, aut promiſſam venire, ſed eam dumtaxat, quæ verè ſoluta fuerit, pluribus commonſtratur.

CAPVT XXXVII.

Tutores, & Balij quibus ex cauſis à tutela, & Baliatu ſint remouendi, & an ſtatim ac ſuſpecti allegantur, debet eis interdici adminiſtratio, vel perſonæ coniunctæ ſint adiungendæ, quæue cauſæ ſint ex quibus Tutela, & Baliatus ab initio denegari debeat,

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

beat, quæuè poſt declarationem eorum faciant Tutores, & Balios ſuſpendere, & ab adminiſtratione remouere.

Educationis materia adeò arbitraria eſt, vt Iudex poſſit etiã à Patris ordinatione recedere, quæuè partes ipſius Iudicis eſſe debeant in perſonis eligendis, penès quas pupilli valeant educari.

Contumacia an ſit delictum, quæuè pænæ contra contumaces ſint indictæ, ſiue de iure communi, ſiue de iure Regni & an Clericus coram Iudice laico non comparens, contumaciæ pœnis poſſit adſtringi. Pupilli defenſio cuilibet de populo competit, ita quod actio publica dicitur.

CAPVT XXXVIII.

Contractus cenſualis, decimam partem prætij recepti ſi excedat, vſurariæ prauitatis labe maculatus exiſtit, in terminis *Bullæ Papæ Nicolai, ac Regiæ Pragm.* 1. *de cenſib.* ideoque, vel nullus diiudicãdus eſt, vel ad iuſtum modum venit reducendus, quãtitate ſuperfluè recepta in ſortem excomputata.

Pactum de retrouendendo, dicitur pars prætii, ideoque iuſtum prætium quo res ipſa abſque ea pactione æſtimanda foret, diminuit, nec inſtãte emptore annui redditus ad pactum illud exercendũ teneri venditorem. imò ſi temporale fuerit, effici perpetuum, adhoc vt cõtractus iuſtus cenſeatur.

Exceptio vſurariæ prauitatis ex inſtrumento reſultans, eam præſefert efficaciam, vt impedimentum præſtet liquidationi inſtrumenti, omniq; executioni etiam ſententiæ, donec de vſura plenior adhibeatur cognitio, ad quod expenduntur placita *Ioſeph Seſſe, & Præſidis* noſtri *D. Franciſ. Merlin.*

Contractuum correſpectiuitas ex pluribus inducitur, quibus non concurrentibus, eam minimè locum ſibi vindicare, verum contractu vno exiſtente valido, alioque inualido, non exindè validam annullari, eò quod inualidus ſuſtineri non poteſt, maximè in diuiduis, in quibus vtile per inutile non vitiatur, receptum vbique theorema dignoſcitur.

CA-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

CAPVT XXXIX.

Decretum aditionis hæreditatis quod Pragmutici noſtri *Præambulum* vocant, eſt interponendum in beneficiũ proximioris in gradu, qui aperto iure ad ſucceſſionem defuncti admittitur, non obſtãtibus oppoſitionibus eius, qui vlteriori in gradu exiſtere proponit.

Donationem non benè confundi cum renunciatione, eamque tùm inſpecta verborũ natura, cùm conttahentium mente, à renunciatione ſatis differre: Verba etenim accipi debent in ſui proprio, & ſtricto ſignificatu, nec deſumenda eſt interpretatio, vt menti & intentioni contrahentiũ verba repugnent, vel contractum ipſum ſubuertere videantur.

Renunciationem (etiam ſi detur) eamdem eſſe, ac donationem, non extendere tamen vires ſuas extra cauſam, & perſonas, quarum contemplatione facta fecernitur, ſi perſonæ contemplatæ prædeceſſerint renuncianti, quibuſcumq; verbis, & clauſulis generalibus, & prægnantibus ea concepta fuerit, eò fortiùs ſi de ſuccedendo ab inteſtato ageretur. Renunciatio ſiquidem ſtricti iuris cenſetur, & rebus in eodem ſtatu permanentibus, illaque à cauſa regulatur, quæ potentior, ac finalis (vt aiunt) fuit ad renunciandum, quò circa nonnulla nõ inſcitè adducuntur, enucleãturquè.

Donationem in Ciuitate Neapolis vnicam ſufficere ad excludendum mulieres à quibuſcumque ſucceſſionibus dotatam, realemque iudicari renunciationem omnem, quæ ex cauſa dotationis emanat, ſicuti renunciatio facta ob ingreſſum religionis paſsim realis enunciatur, pluresque determinationes in caſibus currentibus adducuntur.

CAPVT XL.

Veniens contra tranſactionem minimè audiendus eſt, niſi prius reſtituat accepta vigore tranſactionis, eòque fortiùs ſi pacto ità cautum fuerir, ad cuius propoſitionis comprobationem, peculiares Sacri Conſiliarii Neapolitani determinationes addu cuntur apud *Afflict. dec.* 220 *& Gram. deciſ.* 66. quibus inhæ-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

inhæserunt Europæ nonnulla Prætoria, quæ lato exarantur calamo.

Io. Andr. Georg. allegat. 34. qui contra *Afflict. in decis.* 220. consuluit, non teneri transigentem restituere accepta, actequam ad vlteriora ad rescisionẽ trãsactionis procedatur, ostẽditur, insimulq; doctrina eiusmodi *Georg.* enucleatur, ac minus vera detegitur, aliæque eiusdem Sacr. Consil. determinationes recensentur, in comprobationem rerum aliás iudicatarum, singillatimque omnibus per *Georg.* adductis non inscitè per Authorem occurritur, & quatenus casui præsenti applicatur, non esse allegandum ad oculum insinuatur.

Transactionis substantiam in lite mota, vel etiam mouenda consistere, quęque eius sit vis, & efficacia, vt nõ rescindi, vel annullari queat, si læsio allegatur, & qualiter læsio ipsa sit consideranda, quodque transactio ipsa afficiat etiam eos, qui ex propria persona venire contendunt etiam in fideicommissis, plena manu peragitur.

Caphal. cons 667. *in fin et Rol. à Vall.* qui *Caphal.* se subscripsit in *cons.* 60. *nu.* 34. *vol.* 4. adducti à *Georg. allegat.* 34. qualiter sint accipiendi, & an verior sit habenda *Menoch.* assertio *in cons.* 664. *vol* 7. qui mordicùs *Caphal.* eiusq; sectatores redarguit: non inutiliter detegitur.

CAPVT XLI.

Inquisitus de hæresi, & ad perpetuos carceres ad pœnitentiam peragendam emancipatus, Iudicio Tribunalis Sanctæ Inquisitionis, non per hoc à Iudicio in agendo repellendus erit, vel quod insuccessibilis, aut inhabilis in cæteris actibus ciuilibus sit existimandus, quinimò stante eius abiuratione, & pœnitentia, nullis pœnis quibus obnoxij sunt hęretici, coercendi veniunt, Iura etenim cotra hæreticos pęnas amissionis bonorum, insuccessibilitatis, ac excommunicationis gladiũ decernentia, illos tamen includũt, qui ostinatè vsq; ad mortem pertinaciter in damnata eorũm opinione perstitetunt, non autem illos, qui abiurantes reuersi sunt, eorumq; culpam confitentes Christiana amplexi sunt dogmata.

CA-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

CAPVT XLII.

Pacta plura siue in vno instrumento, siue in pluribus, siue inter easdem, siue diuersas inter personas, adeò sunt cor respectiua, vt vnum sine altero non teneat, vnòquè sublato, & alterum tolli necesse est, quo circa insinuatur, cõtractum esse indiuiduum ratione consensus, & iuramenti, ideoque ex eo agens debet in omnibus illum acceptare cum omni causa, & qualitate, nec pro parte acceptare, pro parte autem reiicere potest.

Renunciatio simplex alicuius hæreditatis subintellectam habet conditionem, *Si hæreditas renuncianti deferatur*, itaut non obstet renunciatio venientibus ex propria persona, secus verò si renunciatio fiat aliquo accepto, tunc etenim sustinetur in vim quietationis, de quo pleniùs agitur.

CAPVT XLIII.

Alienatio rei emphyteuticæ irrequisito domino directo, inducit caducitatem, adeò quod possit concedes, ipsius rei possessionem accipere tanquam ad ipsum deuolutæ, id quod fortiùs suadetur, si adsit pactum de non alienando in contractu concessionis expressè appositum, & an Iudex sit adeũdus pro capienda possessione rei prę dictæ, vel liceat authoritate propria vigore pacti, ipsam accipere.

Mora licet purgetur ob solutionem canonis præteriti, absque eo quod Dominus protestatur, non tamen operabitur canonis solutio remissionem caducitatis in casu alienationis factæ contra tenorem pacti.

Pactum affrancandi in pecunia in contractu emphyteutico appositum, quando arguat contractum emptionis, & venditionis, & de validitate pacti prædicti, eiusque consuetudine apponendi.

Meliorationes in re emphyteutica factæ, quando culpa emphyteutæ res amittitur cedunt lucro Domini directi, eò magis si fuerit conuentum illas amitti in casu deuolutionis ex quacumque causa.

CA-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

CAPVT XLIV.

Morientium dispositiones per verba *Gerundij* cõceptæ resoluuntur in conditionem, quæ conditio formam inducit, eaq; adamussim seruanda est, infra terminum præfixũ, quo effluxo in odium non adimplentis reputantur ac si factæ non fuissent, alteriquè in casu non adimplementi vocato, aditus aperitur ad relicti consequutionem.

Æquitatis à dictamine longè aberrant ij, qui testantium, arbitria citra eorum mentẽ, aut præter verborum tenorem, interpretari volunt, etiã si fauore piæ causæ id peragere efflagitant.

Exigentes pecuniam ob causã non sequutam, pendente termino infra quem conditio sub qua fuit exacta, purificata non extitit, tenentur ad restitutionem cõdictione ob causam.

Possessiõ (si titulum habet inualidum) dicitur prorsùs vitiosa, & iniusta, maximè si res agitur in Principis Concistorio, in quo sola facti veritate inspecta proceditur, nec est aliquo pacto manutenibilis.

Impeditus facto tertij quin voluntatem defunctorũ adimpleat infra termini limites designatos, non potest ad aliud tempus reintegrari, actione solum penès ipsum remanente experiundi contra impedientem ad omnia damna, & totale interesse.

CAPVT XLV.

Noui operis nunciationem ad instantiam Procuratoris absque mandato speciali fieri posse, eamque ritè procedere, si Dominus ratam habuerit.

Ædificium (post noui operis nunciationem) factum; esse prorsus demoliẽdum vti attentatum, etiam si per ædificantem cautio de demolien do offeratur.

Iudicem delegatum inhibentẽ ædificium, si postmodũ causam ad Sac. Consil; remiserit, eò quod delegationis finibus comprehẽdi minimè iudicauerit, non per hoc cẽseri inhibitionem reuocasse, perperãq; ad eiusmodi thesim comprobandam, adduci *Affl. dec.* 290. quæ sanè decisio plenè enucleatur.

Ius congrui competens vicino in Ciuitate Neapolitana iuxta eius *Consuetudinem si quis emit, tit. de iur.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

congr. tantùm abesse quòd fraudem admittat, vt apertè fraudem ipsam exhorrescere insinuetur, quouè modo sit accipiendum, quemuè in sensum trahi debeat vulgatum illud Pragmaticorum dicterium, *Hodie emo, cras dono*, quæque fraudis species in præsenti facti themate considerentur.

Ecclesiis indultum priuilegiũ, vt valeãt cogere vicinos ad vendẽdum domos pro illarum ampliatione, & cõstructione, nedum locum sibi vindicare in Ecclesijs iam constructis, ædificatisuè, verùm etiam in illis ædificandis, construendisue; Non incõcinnè insinuatur.

CAPVT XLXI.

Mulier propriam suscipere obligationem, & in causam suam contrahere non prohibetur. adeò quod validè ex eiusmodi contractibus tenetur, minimè illi suffragante exceptione Senatuscõsulti Velleiani, siue de iure cõmuni, siue statuario Regni, nam mulieribus intercedentibus tantùm, non contrahẽtibus; deceptis nec decipientibus ex eiusmodi Senatusconsulto est prospectum; Eòq; magis in nihilo Velleiani exceptio opitulatur, si pecuniam pro intercedendo mulier acceperit, vel in causam piam, & honestam, qualis reputatur obligatio pro conscientia viri exoneranda.

Decretatio de verbo faciendo obtenta à debitore citato super tenore instrumenti præsentati in Mag. Cur. Vicariæ vigore ritus, ab indebita citatione cum clausula *Comparente debitore personaliter, & cautionem præstante*, minimè effectum suspẽsiuum operatur, nisi debitor ante omnia in omnibus adimpleat.

Mercatoribus solitisque negotiari, licitum est à principio taxare interesse absque incursu vsurariæ prauitatis in mutuo, etiamsi contractus non sit emptionis annuorũ introituum, sed tantum dilata sit solutio quantitatis mutuatæ ad certos termini fines, etiam iure canonico attento.

Sequestrum bonorum debitoris ad creditorum petitionẽ, nullum præbet impedimentum quin ad alterius creditoris instantiam, rectè Instrumentum præsentetur, &

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

(vti Pragmatici aiunt) liquidetur.

CAPVT XLVII.

Hæredem declaratum mediante decreto prę ambuli, bonorumq; hæreditariorum possessorem, non posse molestari in exactione fructuum, siue introituum prædictorum bonorum, ad instantiam cuiuscumque prætensoris, sed ordinariè agi debere, lite cõtestata, siue imperito termino, instructoq; legitimè processu, plenè ostenditur.

Fideicommissarium non esse legitimum contradictorem ad impediendam immissionem hæredi, nisi possessionem absque vitio appræhenderit, & in promptu de iure suo docuerit, apertè insinuatur, eòque magis fideicommissarius ipse audiri non debet, si possessio penes hęredẽ extiterit à quo tertij requisiti vice expetitur, quod fideicommissarius re, vel verbo restitutionem rei in iudicio deductę obtinuerit, quo loci *Surd. dec.* 333. *& Dom. de Franch. dec.* 204 in numeris designatis non inscitè dilucidantur, reique præsenti nõ esse applicabiles demonstratur.

Renunciationem de hæreditate viuentis, esse prorsùs à iure improbatam, nec operari protinùs respectu legitimæ filijs debitę super bonis paternis, nisi de legitima ipsa in renunciatione, specifica mentio facta fuerit, insinuatur.

Instrumenta de iure communi exequutionem patatam minimè obtinent, nisi statuto aliter fuerit prouisum, ideoque nullam pariunt exequutionem contra se obligãtem, eiusuè hæredem, nisi ordinariè actum fuerit, instructoquè legitimè processu, sententia extiterit prolata.

Hæres non tenetur ad obseruantiam contractus initi per defunctum, quando contractus ipse à iure fuerit comprobatus, quo casu *text. in l. tum à matre C. de reuend.* non procedit, imò eundemet contrahentem posse actum à lege improbatum non obseruare, non segniter indicatur.

CAPVT XLVIII.

Pro legato consequendo competit via exequutiua præter alias actiones ab imperiali

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Constitutione emanatas in beneficium, fauoremq; legatorum, itaq; pluries extitisse iudicatum in supremis Europæ prætorijs, ac nouissimè in Sac. Cons. Neapolit. plura adducuntur, comprobanturq;

Filiatio probatur ex pluribus, ex Baptismate scil. Parentum Nominatione in libellis; ex præcibus Principi porrectis pro ipsius legitimatione, ac priuilegio de super expedito; Institutione, ac legato magnæ quantitatis, alijsque ex actibus, qui sedulò enumerantur, quò loci ex prædictis immissionem bonorũ paternorum etiam eiusmodi filijs legitimatis concedẽdam, insinuatur.

Legitimatio quò ad honores, & successionem cum amplissimis clausulis, ac derogatione legum, efficit legitimatũ æqualem legitimo, adeò quòd; tam quoad iura agnationis, & suitatis, quàm quò ad successionem, in nihilo à verè legitimò differre existimatur, eò magis si de patris consensu, & voluntate legitimatio ipsa processerit.

Parentum arbitrium instituentium legitimatos in toto hæreditatis asse, omninò obseruari debet, reseruato dumtaxat filijs legitimis, & naturalibus debito bonorum subsidio, eòq; fortiùs si nulli masculi legitimi supersint, ac si pro familiæ conseruatione parentes ipsi legitimos filios instituerint.

Clausula reseruatiua (citrà præiudiciũ iurium legitimę prolis) in decreto legitimationis apposita per supremum Collaterale Consilium quid operetur, quoduè censeatur remissum cognitioni Sacri Regij Consilij per idemet supremum Consilium.

CAPVT II.

Solutio simpliciter facta á debitore sortis, & interesse, nulla facta electione per debitorem neque per creditorẽm, censetur facta in extinctionem sortis, non interesse incerti, & illiquidi, licèt postmodum liquidatum fuerit; Eòque magis præfatum assumptum procedit, si à creditore fuerit instatum, solutionem fieri debere in extinctionem sortis capitalis, etiã si reseruata fuerint iura respectu liquidationis faciendę circa interesse; quiduè hoc in

casu,

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

casu, reseruatio operetur.

Determinationes recensitæ per *Ill. Dom. Marchionem Torell. Reg. Capyc. Latr. in dec.* 21. qualiter sint accipiendæ, quoue in casu, quidue adstruxerit *Surd. in cons.* 290. ab eod. *Reg.* adductus, quamue facti diuersitatem præseferant à præsenti facti specie, quidue aliàs in eodem articulo sentijt Sacrum Consilium, ac Senatus Pedemontanus.

Interesse calculi à calculatoribus facti de ordine Iudicis, nullam vim obtinere circa liquidationem ipsius, nisi decretum accesserit, expensa dispositione *tex. in l. instar C. de iur. fisc. lib.* 10. Doctorumq; placitis super *tex.* prædicto, cùm veterum, tum recentiorum, Plenè ostenditur.

CAPVT L.

Ad demania non sunt admittendæ Vniuersitates post annum à die captæ possessionis ab emptore numerandum, etiamsi per viam restitutionis in integrum ea efflagitent, ex dispositione *Regiæ Prag.* 64. §. 5. vers. *In primis de offic. Procur. Cæsar.* quidue super eius enucleatione adduxerit *Reg. Rouit. in eius Commentarius ad pragmat.* prædictam.

Principum rescripta quòd Tribunalia, siue Iudices de negotio illis demãdato cognoscant, minimè dispensationẽ operantur, licet in præcibus porrectis fuerit expressè petitum dispensari, sed tantùm Iurisdictionem excitant, vt quod Iuris fuerit, exequatur.

Exceptio litis finitæ, & reiudicatæ in promptu apparens, statim admittenda erit, nec ad merita venit reseruãda, & quando liquida dicatur exceptio prædicta.

Baro malè tractans vassallos, vtrummè veniat feudo priuandus, vel ad feudi vẽditionem cogendus sit, eò tantum in casu verificatur, in quo Baro de sæuitia nedum accusatus, verum etiam conuictus fuerit; sola etenim accusatio, & quærulæ vassallorum expositiones, aut titulus, qui informationi inscribitur, Reũ quem non constituunt, nec titulus de per se operari debet, quin sub fideiussoribus quis relaxetur, nisi testes, aut alię probationum species delictum suadentes inspiciantur.

Fiscus, rem quam vẽdidit, euincere

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

cere minimè poteſt, nec cõtractum cum ipſo initum de nullitate redarguere valet, ſi in eius rei diſtractione, debitæ, ac requiſitæ à iure ſollemnitates interuenerunt, quinimò eidem obſtare exceptionem *tex in l. vendicantem. ff. de euictio* cum concordan. vbi plura adducuntur ad inſinuandum, fiſci Patronos omnem adhibere operã teneri ad augendam Authoritatem, honoremq; conſeruandum eorum Tribunaliũ, quæ maximè verſantur in contractuum obſeruantia, ac decretorum ab ijs interpoſitorum ſubſiſtentia.

Principem ſolutum eſſe legibus, non adeò abſolutè, accipiendum eſt, vt indicandum ſit eum ad obſeruantiam cõtractuum cum ipſo initorum, minimè teneri. In ijs etenim obſeruandis iuſtitiã, & honeſtatem concurrere, ac Reipub. vtilitatem verſari, ac Principem vti priuatũ quemlibet in contractationibus cum ipſo habitis, circa earum obſeruantiam haberi pleno commonſtratur calamo.

F I N I S.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Rerum, & Vocabulorum omnium, quæ in hoc opere continentur, Alphabeticus, Locupletissimus.

INDEX.

A

Abiurans minimè hæreticus est reputandus nu. 3. fol. 356.

Abiuranti, & reuerso, omnia bona restituũtur nu. 21. fol. 359.

Ablatiuum absolutum inducit cõditionem num. 26. fol. 406.

Abutens feudo, debet illo priuari num. 9. fol. 6.

Abutens authoritate sibi concessa à lege indignum ea, se facit num. 24. f. 313.

Acquiescere videtur, qui non appellat n. 2. fol. 234.

Accipere aliquid vltra sortem pro mutuo, est pro commutatione rei mutuo datæ accipere plusquam valeat. nu. 6. f. 321.

Accursius Glosator in l. Codicillis, §. Instituto, ff. de legat. 2. non habuit bonum sensum. nu. 30. fol. 105.

Actio annuarum præstationum debitarum ex contractu, licet differatur de anno in annum tamen quia vnica est obligatio, & stipulatio, vnica sufficit præscriptio. num. 10. fol. 286.

Actio pro pupillis competit cuilibet de Populo. num. 38. fol. 315.

Actionem litigiosam cedens, nedum punitur, verum etiam si is qui in patrocinium aduocatur, est potentior. num. 18. fol. 296.

Actiones plures dantur contra fures. nu. 35. fol. 225.

Actiones omnes oriuntur ex contractu, vel quasi, ex delicto, vel quasi, nec alius datur modus ex quo aliquis teneatur. num. 6. fol. 246.

Actiones in iudicium deductæ, nullo modo cedi, donari, vel alio quouis titulo transferri possunt. num. 8. fol. 294.

Actoris persona in quolibet iudicio, ante omnia est legitimanda. n. 10. fol. 89.

Actor debet venire instructus de iuribus suis, antequam agat. n. 8. fol. 195.

Actori doloso obstant iura prohibentia quem venire contra transactionem. nu. 40. fol. 551.

Actum qui facit, qui citrà ius, & nomen hæredis fieri non potest, ex eo actu inducitur aditio hæreditatis. num. 8. fol. 186.

Actus iudicari debet à causa originali. num. 49. fol. 12.

Actus vltimus attenditur, quo ad manutentionem in possessione. nu. 16. fol. 89.

Actus vnicus sufficit ad quem in possessione manutenendum, tam in corporalibus, quàm in incorporalibus. num. 17. fol. 90.

Actus medius inter resolutionem contractus, & perceptionem pecuniæ vigore pacti antecedentis de retrouendendo, censetur iuris ministerio occultatus. num. 13. fol. 202.

Actus tribuitur mandanti, & concedenti, non exequenti. nu. 6. fol. 208.

Actus factus nè fuerit nomine agentis, vel

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

vel nomine iubentis, quomodo dignoscantur. num. 10. *fol.* 208.

Actus facultatiui plures enumerantur, in quibus nec actio datur, nec exceptio, aut modus aliquis ad præscribendum actiuè vel passiuè adaptatur. num. 8. *fol.* 246.

Actus facultatiuus, æmulationis cancellis minimè continetur. n. 19. *fol.* 249.

Actus si dubius sit vtrum ad æmulationem factus fuerit, vel vt sibi quis consulat, pro hoc secundo capite accipiendus est, nec datur prohibitio. num. 21. *fol.* 249.

Actus medius occultatur, vt valeat dispositio. num. 28. *fol.* 373.

Actus nullus, nullum producit effectum. nu. 22. *fol.* 415.

Actus intelligitur de valido. n. 49. *f.* 419.

Adimpleta ex parte recipientis conditione in contractu inito cum Principe, remanet quoque Princeps obligatus ad obseruantiam contractus. nu. 61. *f.* 214.

Aditio hæreditatis non præsumitur, quando est damnosa. nu. 35. *f.* 191.

Aditio hereditatis arguitur ex venditione rerum hæreditariarum. n. 1. *f.* 194.

Aditio hæreditatis describitur. n. 2. *f.* 194

Aditio non præsumitur vbi hæreditas est damnosa, & debitis inuoluta. nu. 14. *fol.* 236.

Administratores debent habere salaria, quibus pro labore fruantur. n. 9. *f.* 43.

Administrationes temporales onus potius important, quam honorum. num. 63. *fol.* 49.

Administratio tutoris, si fuerit laboriosa, Iudex etiam finita administratione tenetur constituere salarium. num. 82. *fol.* 51.

Aduocatus non præsumitur ex taciturnitate velle salarium renunciare. num. 78. *f.* 51.

Aduocatus absq; nota, non potest Clientis patrocinium iam diu susceptum, ex humanis respectibus deserere. num. 4. *fol.* 87.

Aduocati qui aliquando fecerunt defensionem in causis pauperum patrocinandis, non possunt cogi ad idem patrocinium in eodem loco continuandum. num. 12. *fol.* 247.

Aduocati debent ducere noctes insomnes adhoc vt eorum dignè vocent muneri pro causis patrocinandis. num. 53. *fol.* 254.

Ædificans post nunciationem noui operis etium si in suo proprio loco ædificasset, & nuncians nullum ius in prohibendo habuisset, adhuc suis expensis demoliri debet totum illud quod fuit superædificatum. num. 12. *fol.* 391.

Aemulatio non præsumitur in aliquo actu sed potius quod quisquis agat, quod sibi prodest, non vt alteri noceat. num. 20. *fol.* 249.

Aequalitas est seruanda in solutione legatorum inter loca pia, & seculares. nu. 15. *fol.* 95.

Aequalitas seruari debet in dote, & donatione propter nuptias. nu. 5. *fol.* 305.

Aequalitas in succedendo bonis parentum, attenditur tantum ab intestato, non autem ex testamento. nu. 53. *fol.* 431.

Aequiparatorum idem debet esse Iudicium. num. 12. *fol.* 7.

Aequitas si subsit, potest, & debet iudex constituere tutori salarium in principio administrationis non constitutum, nec ab eo petitum. num. 80. *fol.* 51.

Aequitas Sac. Consil. non vertitur circa res certas, sed tantum dubias. num. 24. *fol.* 189.

Aequitas scripta, præfertur rigori. num. 19. *fol.* 359.

Aequitas, & honestas, legum pars. sunt nu. 65. *fol.* 458

Aequitati, & iuri conuenit, vt impensarum onus sentiant Clerici, quemadmodum commodum senserunt. nu. 9. *fol.* 229.

Affectans Baliatum, sine tutelam, ex hoc tantùm venit priuandus. num. 9. *fol.* 310.

Affida qualiter soluitur in Regno secundum Constit. Regn. *incip.* cum per partes Apulex *num.* 34. *fol.* 394.

Affinitas est potissima causa recusandi Iudicem. n. 3. *f.* 132.

Affl. dcc. 360. *recensetur. nu.* 19. *fol.* 197.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

INDEX.

Affl. *fuit feudorum interpres in almo studio Neapolitano. nu. 47. f. 253.*

Affl. decis. 190. *communiter est receptus in Tribunalibus. nu. 4. fol. 267.*

Affl. dec. 174. *exploditur passim in Sacr. Consil. nu. 21. fol. 372.*

Affl. dec. 290. *quo in casu procedat, latè insinuatur. nu. 33. fol. 394.*

Affl. dec. 205. ibiq; Vrsill. *explicantur. nu. 37. fol. 439.*

Affrancatio procedēs infra breue tempus, arguit fraudem. num. 37. fol. 374.

Agens via ordinaria, non potest redire ad viam executiuam. nu. 3. fol. 234.

Agens contra transactionem, caret actione. nu. 3. fol. 344.

Agens ex contractu, debet fateri omnia in eo contenta, & acceptare cum sua qualitate, & causa. nu. fol. 363.

Agenti possessorio retinendæ, vel recuperandæ obstat notorij iuris defectus. nu. 30. fol. 383.

Agere ante diem, quando sit licitum. nu. 3. fol. 78.

Agnatio in fœminis dicitur finita. nu. 4. fol. 66.

Agnatus proximior præfertur: quando feudatarius vendit extraneo feudum. n. 4. fol. 16.

Agnatus infra annum admittitur ad prælationem feudi agnatitij. num. 4. fol. 448.

Aliena negotia, vt quis curet sine commodo, & salario, raro euenit. nu. 13. fol. 43.

Alienandi regalia vetita est potentia, per Constit. Scire volumus. *n. 9. fol. 146.*

Alienans id quod tenet in officijs, hoc ipsum requirit assensum. num. 21. fol. 148.

Alienare prohibitus, potest non acquirere in præiudicium creditorum. nu. 19. fol. 82.

Alienatio rerum Ecclesiæ vt valeat, quæ requirantur. nu. 8. fol. 79.

Alienatio dicitur omnis actus, per quem dominium transfertur. num. 18. fol. 82.

Alienatio rei pupilli, vel Ecclesiæ, quando valet sine decreto. num. 25. fol. 83.

Alienatio, seu quilibet contractus super feudis, & rebus feudalibus minuendis, aut commutandis de persona in personam, siue de re ad rem, prohibita est in Regno. num. 18. f. 148.

Alienatio facta ad vitam, censetur ac si esset facta ad longum tempus. num. 35. fol. 151.

Alienatio plurium rerum feudalium prohibetur. nu. 57. fol. 153.

Alienatio officiorum statim censetur facta ad vitam, quia officia de sui natura sunt personalia. nu. 69. fol. 155.

Alienatio dicitur perpetua secundum subiectam materiam rei. nu. 70. fol. 155.

Alienatio officij non potest fieri, nisi per resignationem in manibus Regis. num. 73. fol. 155.

Alienatio in fraudem facta rei emptæ in Ciuit. Neap. reuocatur per tit. quod in fraud. creditor. *nu. 50. fol. 396.*

Alienatione prohibita, censetur prohibita transactio. nu. 10. fol. 80.

Alienationes officiorum absq; assensu nullæ sunt. n. 10. fol. 161.

Alienigenæ si in loco habitent, beneficiēt, & commorentur, si sint clerici, habentur vti ciues originarij. num. 20. fol. 230.

Alimenta debentur lite pendente in quolibet iudicio vniuersali. num. 1. fol. 258.

Alimenta debentur lite pendente, dummodò ad sit paupertas ex parte petētis, & litem habeat cum diuite. nu. 2. fol. 259.

Alimenta lite pendente præstantur, ne actor præ inopia litem cogatur deserere. nu. 3. fol. 259.

Alimenta lite pendente non præstantur, si lis statim diffintri potest. num. 4. fol. 259.

Alimenta vt præstentur lite pendente, oportet vt vrgeat præsumptio boni iuris in lite principali. nu. 5. fol. 259.

Alimenta non debentur lite pendente, si opponitur de scriptura publica. nu. 15. fol. 266.

Alimenta an debeantur filijs lite pendente, constito semiplenè de filiatione. n. 16.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

*fol.*260.
*Alimenta lite pendente non debentur, nisi prius de exceptionibus cognoscatur. nu.*17.*fol.*261.
Alimenta debentur lite pendente in ascẽdentibus ob fauorem. nu. 30.*fol.* 262.
Altari seruiens de altari viuere debet. n. 4.*fol.*42.
*Amicum si quis hospitio millies exceperit, non per hoc in futurum excipere cogitur. n.*9.*fol.*246.
Andreas Marchesius Sac. Consil. Prẽses *extollitur. num.*3.*fol.*87.
Andr. de Iser.*placitum* in cap. Imperialem. n.3. de prohib. feud. alien. per Feder. *qualiter procedat,& nu.*27.& 41.*num.*26.*fol.* 149.
Andreas de Iser. *Currus, & Auriga dicitur in materia feudali. n.* 56.*f.*153.
*Animæ salus, omnibus rebus est anteponẽda. n.*23.*fol.*406.
*Animus potius ex opere, quàm ex verbis colligitur. n.*24.*fol.*140.
*Anni quot sunt, tot sunt præscriptiones in debitis annuis. nu.*2.*fol.*284.
Annus præstitus per Reg. Pragm. *ad petendum demania ab Vniuersitatibus consueuit abbreuiari per Tribunalia. nu.*19.*fol.*450.
*Annus ad petendum demanium ab Vniuersitatibus fuit præfixus, ne dominia rerum diù essent sub incerto. n.*22. *fol.*451.
*Annus fuit statutus à pragm. ad petendum demanium adhoc vt sit litium finis. n.*25.*fol.*451.
*Annualitates in Regno dicuntur tertiæ, & vndè profluxerit. nu.*28.*fol.*438.
*Annui redditus, siue præstationes debitæ ex contractu, sicuti vnica stipulatione acquiruntur, ità vnica præscriptione tolluntur nu.*11. *fol.*286.
Annuus census non debet excedere decimam partem prẽtij recepti iuxta Bullã Nicolai *receptam in Regno. num.*13. *fol.*322.
*Annuus census excedens decimam partem prẽtij, est reducendus ad iustam annualitatem. nu.*16.*fol.*322.
*Antephatum recipit diuisionem inter liberos primi, & secundi, matrimonij, à quo peruenit. num.*39.*fol.* 190.
*Antefatum vocatur prætium sanguinis. num.*2.*fol.*395.
*Antefatum non debetur nisi pro rata dotis solutæ. n.*3.*fol.*305.
*Axtefatum dicitur donatio, æquiparaturque donationi propter nuptias. num.*9. *fol.*306.
Antonij Fabri *opera per totum orbem sũt accepta n.* 10.*fol.*195.
Antonius Orificius Sac. Cons. Præses. *consueuerat dicere velle videre decisiones, non consilia. n.*17.*fol.* 176.
A primordio tituli posterior formatur euentus *nu.*8.*fol.*310.
*Appellatio reducit sententiam ad terminos litis contestatæ. n.*65.*fol.* 125.
Appellatio duplicem effectum operatur, scil. suspensiuum inspecto futuro statu, & extinctiuum, inspecto præsenti. n. 16 *fol.*281.
Appellatione interposita suspenditur sententia inspecto futuro statu, & extinguitur inspecto presenti. num. 24.*fol.* 222.
*Appretium in Ciuitate Neap. facit iustum prætium. n.*18.*fol.*140.
Approbare contractum non videtur, qui percipit, quod in omnem casum, & euentum esset percepturus. nu. 10.*fol.* 99.
Approbateo contractus inducitur per solutionem annorum 30.*nu.*11.*fol.*95.
Aquę, aquarumq; decursus ex vetusta cõsuetudine spectant ad Barones *ex concessione Regia. num.*1.*fol.*228.
*Aquæ, aquarumq; decursus connumerantur inter Regalia. nu.*2.*fol.*228.
*Arbitrio Iudicis remittitur quando tutor persona coniuncta sit remouendus ab administratione tutelæ, vel alius sit dandus. nu.*12.*fol.*312.
*Arbitrium iudicis ad vltimum supplicĩ extenditur. nu.*17.*fol.*295.
*Argumentum à beneficio ad officium valet. nu.*40.*fol.*152.
*Argumentum à verisimili faciens, est in iure vrgens multùm. nu.*7.*fol.*174.
